

05

A

882





27  
Synopsis Iudiciaria

EX

IURE CIVILI,  
CANONICO, FEUDALI,  
SAXONICO, ORDINATIONE

Camerae Imperialis, ac receptis in foro opinio-  
nibus, juncto novo processu iudiciario

Electoralis,

Quam

D. O. M. A.

Magnifico ac Amplissimo Jctorum ordine in In-  
cluta Academia Wittebergensi, consentiente,

PRÆSIDE

GEORGIO SCHULTZEN,

Leor. Sil. U. J. D. & Facultatis Ju-  
ridicæ Adfessore,

Publicè discutiendam proponit

JOHANN. HILLINGER Aurimont.

In Auditorio Jctorum.

Ad diem 17. Mbr. horis matutinis.

WITTEBERGÆ,

Excusa Typis JOHANNIS GORMANNI, Anno 1625.



*Christo Ve  
dit. Grif-  
berg W. 1.  
Leontai sui  
tem Sordar*





VIRIS

*Antiqua Nobilitatis Prosapia, longo rerum  
usu, prudentia & auctoritate  
præcellentibus,*

**DNO. CHRISTOPHORO à**  
Gredlitz & Newfirch / in Eicholtz / Dohna /  
Lübthell / Archiducis Caroli b.m. ut & nunc  
Principis Lygio-Bregens. Consiliario,  
*NEC NON*

**DNO. ADAMO à Schweinoch**  
& Schweinhaus / in Colbnitz / Eisendorff /  
Zieserwitz / Ducatus utriusq. Schwvidnicen-  
sis & Javorensis Propræsidi, Superiorisq;  
Judicii Adfessori, dignissimis,



05 A 882

*Mæcenatib. suis etatèm colendis,*

Disputationem hanc

*Observantia & debita gratitudinis ergo*

O. & D:

Hans Hillinger /  
Aurim,

Sonnet.

**E**N ce monde il n'y a que procez, & que guerre  
Qui se font toutesfois en diuerse fa<sup>ç</sup>on: 9  
A la guerre on se sert d'espee, & de Canon,  
Mais en procez la plume, & la langue on deserre:  
De guerre on ne voit point exempte nulle terre,  
De procez n'est exempte aussi nulle maison,  
Un chacun donc faict bien, & à bonne raison,  
De s'armer ou de loix, ou de bon cimenterre.  
A la guerre est besoin d'un sage conducteur  
En proces faut auoir un excellent docteur  
Pour de son aduersaire obtenir la victoire.  
C'est vous donques, monsieur, qui tant bien cognoissez  
Les apices du droict, & les tours des precez,  
A qui faut donner grande louange & gloire.

*Conrad Durbal Prof. de la  
langue francoise.*

---

**E**N tibi jam merito laudes mea musula cantat,  
Quod tibi sint cura jura sacrata fori;  
Quod tu Legiferi spaciosas volumina juris  
Volvas assidua sedulitate manus.  
Et quoque despecimen, dum quid processus juris  
Littibus in nostris sit, ratione probes.  
Hiliger ex animo tibi gratulor, & tua capta  
Laudo, quibus patriam condecorare cupis.

Christoph. de Seidlitz  
Eques Sil.

Post

POst varias gentes, veteris post vasta Tribocci  
Mœnia, quâ Rhenum limpida Ellus adit,  
Post Celtas agiles, & quæ nutricula morum,  
Gallia gratorum multa videnda tenet,  
Infidi post saxa freti, Tamisique ferocem,  
Hic ubi fata celer culta Britannus arat,  
Docta suo (quid enim terrarum doctius usquam  
Vidisti?) recipit te Witeberga sinu.  
Nunc libros repetis, dubiique sacraria Juris  
Quæ furor hic Martis clausit iniquus, amas.  
HILLINGERE, benè: at Tu, Diva Silesia gaude;  
Nam fas est: nondum tota perire potes.  
Succrescunt & adhuc tibi, qui conjungere possunt,  
Mercurium Musis, Mercurioq; Themis.

*Benevolentia testanda*

L. M. Q. scripsi

*Mart. Opitius.*



PRELO-

## PRÆLOQUIUM.



Uandoq; uniuersi Juris nostri hic  
præcipuus sit finis, ut suum cuiq; tri-  
buatur, obtinendi autem ratio in ju-  
diciis, & rectâ juris nostri persecutio-  
ne sita sit iudiciorum, processus vè ju-  
diciarij materiam perutilem, necessariam, & quo-  
tidianam esse, exinde satis liquet; adeo ut encomi-  
um, quod *Jetus Vlp. tit. de Restitut. in integr. tri-*  
*buit*, illi haud incongruè sed optimo jure applicari  
possit: nempe utilitatem, ejus non egere ullâ com-  
mendatione, cum ipsamet sese ostendat, adeo ut non  
opus habeat suspensâ hederâ. Licet verò quotidiana,  
quæ sunt, usumq; in vitâ communi habent frequen-  
tem, accuratius pleniusq; pertractanda sint, secun-  
dum *Jetum Paul. in l. legavi 25. ff. de libert. leg. Pa-*  
*pinian. in l. justo errore 44. n. pr. ff. de Usurp. & usuc.*  
*Vlp. in l. certè 6. s. fin. ff. de precar. Imp. Just. in l.*  
*certi juris 17. de judic:* attamen nos, hac vice, pro in-  
stitutiratione, brevè duntaxat illius materie Syno-  
psin, centuriâ positionum inclusam, proponemus, ac-  
curatiorẽ & exactiorẽ istius utilissimæ, & extre-  
mè necessariæ materie enodationem, & explicationẽ  
in aliud commodius tempus reseruantes.



In Nomine Domini nostri  
Jesu Christi.

SYNOPSIS JUDICIARIA.

POSITIO I.



**I**UDICII vocabulum varias & quàm plurimas sortitur significaciones, de quibus *Gl. in §. prater ea. Inst. quib. non est permis. sac. testam. Marant. in Spec. p. 1. LL. & CC. in rub. C. & X. de jud.* Ac novissimè **XXIII.** ejus verbi significata partim ex jure nostro, partim ex sacris literis, partim ex bonis Autoribus collecta recenset *Rittershus in exposit. method. p. 9. c. 3. in pr.* Nobis hoc loco disceptationem litigantium coram Judice, sive actum illum inter tres personas Actorem, Reum & Judicem significat.

II.

*Definitio.*

Est igitur Judicium legitima rei controversæ inter litigantes apud Judicem disceptatio *Treutl. vol. 1. disput. 12. th. 1.* Vel legitima controversiæ apud Judicem tractatio & judicatio, *Vvesenb. in parat. ff. de jud. n. 5.* Vel disceptatio, quæ fit ex parte Actoris & Rei apud Judicem litis finiendæ causâ, *Cuiac. in parat. C. de jud.*

III.

*Divisio.*

Species, divisiones, & distinctiones judiciorum à causis varijs variæ constitui possunt. A causa efficiente aliud est Ecclesiasti-

clesiasticum, aliud seculare. Ecclesiasticum est, quod coram Ju-  
dice Ecclesiastico. *tot. tit. C. de Episc. aud.* Seclare quod coram Ju-  
dice Laico ventilatur *c. et si. 4. X. de jud. c. cum sit generale 8. X. de for.  
compet.*

#### IV.

A forma, Judicium aliud est ordinarium, aliud extraordi-  
narium: Ordinarium hodie dicimus in quo solenni judiciorum ordi-  
ne plenariè servato in causarum cognitione proceditur, unde &  
plenarium dicitur. Vel, in quò legitimus & usitatus procedendi  
modus, atque ordo observatur. *l. prolatam. 4. & ibi Bart. & Dd. C. de  
sent. & interloc. om. jud. auth. offeratur. C. de lit. contest.* Extraordinari-  
um, quod summarìè sine legitimâ & solenni figura, sineque ullo  
strepitu de plano procedit. Vel in quo usitata judiciorum sole-  
mnium forma non servatur, unde & summarium dicitur. *§. ult. Inst. de  
interdic. l. ordo. 8. ff. de pub. jud. Clem. dispendiosam. 2. in fin. de judic. Cle.  
sape 2. in pr. & ibi Dd. de V. s. Quod autem Just. in pra. al. §. ult. Inst. de  
interd. ait: Omnia judicia hodiè esse extraordinaria, id respectu  
formularum solennium, quæ tempore Constantini Imp. sublatae  
sunt *l. juris l. C. de formul. & impet. accipiendum est.**

#### V.

A fine, judicium aliud est civile, aliud criminale. Civile di-  
citur illud, quando principaliter agitur ad commodum priva-  
tum, sive talis causa descendat ex contractu, sive ex delicto. *l. la-  
catio. 9. §. quod. illicite ff. de pub. vectigal.* Criminale verò dicitur, quã-  
do principaliter agitur ad commodum publicum, ex delicto ta-  
men, sive ad vindictam publicam per *l. Prator ait. 3. §. adversus. 7. ff.  
de sepulch. vol. §. in summa. 10. & ibi Dd. Inst. de iniur.* In foro Saxonico,  
secundum Interpp. juris Saxonici nullum judicium habetur pro-  
verè criminali, nisi ubi pœna corporis venit infligenda, *per textum  
Landr. lib. 1. art. 53. vers. Vnd vmb alle schuldt. & lib. 3. art. 32. in fin.  
Weichb. art. 17. post. pr. vers. Peinliche klag. Wenn die klag an haut vnd  
haar gehet.*

#### VI.

Civile judicium rursus à naturâ petitionis instituta, vel est  
universale, vel generale, vel singulare. Universale est, quando  
A 3 unius

unius juris petitione plures res simul peti intelliguntur, licet singularæ non exprimantur, *arg. l. post actiones. 1. ff. de R. V.* cuiusmodi est simplex petitio hereditatis. *l. item videndum. 18. §. ult. ff. de hered. pet. & possessoria hereditatis petitio, l. perquam. 2. ff. de poss. hered. pet.* Generale in quo genus petitur, prout est actio negotiorum gestorum, tutelæ & pro socio, *l. pro socio 38. in pr. ff. pro socio.* Singulare, in quo res singularis ex singulari cōtractu petitur, prout est actio ex empto, deposito, in rem. *l. post. actiones 1. ff. de R. V.*

## VII.

Itemque Civile Iudicium vel petitorium est, vel possessorium. Petitorium est, in quo principaliter de proprietate seu dominio alicuius rei agitur, puta, si rei vindicatio, actio Publiciana vel similis, quædam in iudicium deducitur. *l. cum fundum. 18. §. ult. ff. de vi & vi arm. l. sed etsi res 7. §. sed etsi. 3. ff. de public. in rem act. c. pastoralu. 3. X. de caus. pass. & propriet.* Possessorium est, in quo de nuda & sola possessione disceptatur. *tot. tit. ff. & C. de acquir. vel ret. poss.* Sunt & aliæ iudiciorum divisiones, quas hoc loco recenseri instituti nostri ratio non patitur.

## IX.

Partes iudicij duæ sunt, nimirum: personæ & quæstio. Personæ, quæ ad iudicium pertinent, duplicis sunt generis. Eorum enim quædam sunt necessariae sive principales, quædam accessorix seu minus principales. Necessariæ seu principales sunt, sine quibus iudicium consistere non potest, ut Iudex, Actor & Reus. *l. inter ligantes. §. 2. d. R. V. l. propterandum. 13. §. censemus. 1. & seq. C. de iud. c. forus. 10. vers. in omni negotio. X. de V. S.* Accessoriæ seu minus principales sunt, quibus iudicium natura sua carere potest, etiamsi non adsint, non minus iudicium consistat, de quibus mox dicam, ubi de principalibus paucius attigero.

## IX.

*Iudex.*

Iudex à iure dicendo dictus, est persona, quæ iudicio præest ut illud moderetur, & de litigatorum controversia cognoscat & pronunciet, *per tex. in l. de qua re 74. ff. de iudic. l. ait Prætor. 5. ff. de iud. c. forus. 10. X. de V. S.* Vel qui causas litigantium secundum leges Constituit

Constitutiones, mores seu approbatas consuetudines disceptat & & dijudicat *pr. Inst. de offic. Iud. l. rem non novam. 14. C. de jud.*

X.

Fit hic vel est ordinarius vel extraordinarius. Ordinarius hodiè dicitur, qui imperium, jurisdictionem & plenissimam causarum cognitionem vel suo jure habet, vel à Principe, universitate & consuetudine sibi concessam *179. l. more majorum. 5. ff. de juridict. l. omnes. 12. C. de jud. l. cum Prætor. 12. §. interdum. 1. l. pen. ff. eod.* Vel qui suo jure aut beneficio Principis universaliter jurisdictionem exercere potest. Extraordinarius verò, qui non suo jure, nec Principis beneficio, nec universalem jurisdictionem habet, sed limitatam & præscriptam, cujus fines diligenter custodire tenetur. *6. super eo. 15. c. super questionum 27. X. de offic. & potest. Iud. deleg.*

XI.

Et hic rursus vel ex commissione ordinarij judicis constituitur, ut delegatus, vel voluntate, & electione partium, ut arbiter & arbitrator *c. sane quia. 11. c. cum olim. 33. X. de offic. & potest. jud. deleg.* Delegatus, vulgò commissarius dictus, est, cui ex commissione superioris jurisdictionis & causæ cognitio delegata est: isq; nihil proprij habet, sed vices delegantis agit. *l. quæcunq;. 1. §. qui mandat am. 1. & l. etsi Prætor. 3. ff. de offic. eius cui mand. est. juridict. c. super. 27. in pr. X. de offic. & potest. jud. deleg.* Arbiter est, qui de communi partium consensu eligitur, & in quem compromitti solet sub stipulatione certæ pænæ, quam pars à laudo seu judicatis recedens præstare parti adversæ tenetur. *Nov. 82. c. quia verò. 11. §. & quia. 1. auth. decernit. C. de recept. arbit.* Arbitrator est amicus compositor de communi quidem litigatorum consensu, absq; tamen pænæ stipulatione designatus, ut omni prætermissio ordine juris disponat inter eosdem, prout sibi æquum videtur *l. societatem. 76. ubi Bart. & Dd. ff. pro soc. auth. si verò. C. de judic.*

XII.

Iudices esse dariq; possunt omnes sive Patres sive filij familiarum sint. *l. cum Prætor ait 12. & l. in privati. 77. ff. de judic.* qui non prohibentur. *d. l. cum prætor. 12. §. non autem. 2. de jud.* Prohibentur autem judicandi munere fungi quidam natura, quidam lege, quidam moribus.

moribus Naturâ ut surdus (qui nihil scilicet prorsus vel difficulter exaudit (mutus, perpetuò furiosus, & impubes *d. l. cum prator. 12. §. non autem. 2. ff. de judic. non autem major 18. annis per l. quidam. 57. ff. de re jud. Lege impeditur, qui Senatu motus est, d. §. non autem. 2. nisi forte restitutus, vel tempus condemnationis elapsum sit l. etsi, severior. 3. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. Imperator. 8. ff. de postul. Moribus arcetur à judicijs servus & fœmina d. §. non autem. 2. quamvis hodiè usu & consuetudine, nec non Principijs privilegio hereditaria jurisdictione mulier fungi & judicare potest. *Dd. com. per tex. juris canonici in c. dilecti. 4. X. de arbit.**

### XIII.

Quid verò statuendum de cæco, minore octodecim annis, & literarum legumque prorsus imperito? Et cæcum quidem inter dari prohibitos non habemus *per l. cæcus. 6. ff. de jud. l. hunc titulum. 1. §. secundo loco. 5. ver. quamvis. ff. de post. quamvis non semper in ijs præsertim casibus, ubi aspectus Judicis requiritur, hoc officio fungi possit: Sed tamen habemus Legum & juris prorsus imperitum per l. rem non novam. 14. in verbis Legum observatione. C. de jud. junct. pr. Inst. de offic. Jud. Nov. 28. in præfat. Nec non minorem 18. annis per l. quidam 57. in pr. ff. de re jud. nisi datus sit à Principe, vel nisi partes consenserint. *d. l. quidam. 57. & ibi Dd. C. de judic.**

### XIV.

Caterùm cum sine suspicionis perversitate omnes lites procedere atque exerceri debeant, commodè hoc loco quæritur: num Judex ut suspectus recusari queat? Et quidè Judicem delegatum ut suspectum justè recusari dubium habet nullum *per l. apertissimi. 16. & ibi Dd. C. de judic.* nisi Princeps causam cum clausula **R. E. MOTA RECUSATIONE** delegat, quo casu recusatio non nisi ex gravibus suspicionibus auditur *Mynsing. cent. 3. obs. 63. in fin.* Verùm ordinarius Judex secundum communem *Dd.* opinionem de jure civili regulariter recusari non potest, ad eum effectū, ut removeatur tanquam suspectus, sed si aliqua suspicionis subfit causa, adjunctus ei dandus est *per tex. in Nov. 86. c. Si verò. 2. junct. auth.* Si verò. *C. de jud. l. apertissimi. 16. & ibi Dd. C. eod.* De jure tamè Canonico non modo delegatus, sed etiam Ordinarius, etiam si

Epi

Episcopus esset, recusari potest per tex. in c. suspicionis, 39. X. de offic. & potest. jud. deleg. 6. Si quis contra. 4. c. licet. 10. in fin. X. de for. compet. c. cum speciali. 61. X. de appellat. quod usu forensi receptum etiam ex jure civili contra communem Dd. scholam defendi potest: adeò ut & Senatus tanquam suspectus recusari possit, si omnes suspecti sint, aut major pars eorū, aut etiam unus magnæ autoritatis, cui reliqui contradicere non audent secundum Dd. quos refert ac sequitur D. Zanger. p. 2. c. 4. u. 17.

## XV.

ACTOR ab agendo dictus, est is, qui juris experiundi causa aliquem in jus vocat, sive qui in judicio à parte adversa sibi quid dari vel fieri, vel tradi, restitui intendit, & ad hoc à JUDGE eum condemnari petit: Unde etiam petitor in jure nostro appellatur & agere dicitur (Germanicè Kläger) l. in tribus. 13. l. inter litigantes. 62. ff. de jud. l. quinquaginta. 12. l. verius. 21. ff. de prob. §. omnium. 1. ver. namq̄, agit. Inst. de act. §. verbi gratia. 1. Inst. de except. In criminalibus propriè dicitur accusator (Ein Peinlich Ankläger) l. inter accusatorem. 10. l. accusatore. 13. ff. de pub. jud. l. libellorum. 3. §. Si accusator. 4. ff. de accusat.

## XVI

Agere autem possunt omnes, qui non prohibentur. Prohibentur autem alij natura, alij lege, alij canone. Natura prohibentur infantes, pupilli, furiosi, mente capti, muti & surdi simul tot. tit. C. qui legit. pers. stand. in jud. hab. tot. tit. ff. de postul. junct. l. furiosus. 40. §. l. ubi non voce. 12. ff. de R. I. Lege prohibentur minores. l. in rebus. 2. C. qui Legit. pers. stand. prodigi arg. l. curatores. 1. C. de curat. l. Fulcinus. 7. §. itemq̄. 12. ff. quib. ex caus. in poss. eat. Servi. l. servus. 6. cum seq. C. de jud. l. quoties. 13. ff. si quis caut. in jud. sist. caus. (exceptis quibusdam casibus. l. vix certis. 53. ff. de jud.) monachi. arg. l. Deo nobis 56. in pr. C. de Episc. & cler. c. placuit. 54. caus. 2. q. 7. c. un. X. de hnd. item libertus contra Patronum l. quinq̄. 4. §. Prætor ait. 1. ff. de in jus voc. l. venia. 2. C. eod. Filius contra Patrem, excepto peculio castrensi, & quasi l. l. nulla. 4. ff. de jud. l. miles. 4. §. actionum. 1. ff. de cast. pec. Sed & inter uxorem & maritum actiones famosæ institui non possunt, maximè matrimonio constante. per. l. rerum. 1. cum seq. ff. de act. rer. amot. l. divorrij.

B

2. C. eos.

2. C. eod. Canone omnino agere prohibentur excommunicati c. o-  
mnis. 32. caus. 11. q. 3. c. si quis. 7. caus. 23. q. 4. c. exceptionem. 12. X. de except.

XVII.

Reus.

Reus à re, quæ ab eo petitur, dictus c. forus. 10. X. de V. S. est  
is, qui in iudicio convenitur l. cum tacitum. 3. ff. de probat. sive lite pul-  
satur. l. frustra. 8. C. de probat. & à quo quid petitur. l. non est novum. 5.  
& l. seq. C. de edend. Atque hic in iure nostro etiam pars fugiens ap-  
pellatur. l. properandum. 13. §. etsi quidem. 2. cum seq. C. de jud. l. ult. §. ubi  
autem. 3. C. de bon. qua lib. & cum eo agi dicitur l. ait prator. 3. in pr. ff. de  
jurejur. pr. Inst. de except. (Germanicè Beklagter/ item Antworter)  
in criminalibus dicitur (Weinlich Beklagter) Et in omni quidem  
iudicio Reum aliquem esse oportet. sive præsens is sit, sive ab-  
sens: Actoris verò vices interdum supplet Magistratus, quod fit  
in criminalibus causis inquirendo.

XIX.

Ut autem quidam accusatores esse prohibentur; ita quoq;  
quidam Rei constitui nequeunt. Pulsari iudicio & conveniri pos-  
sunt omnes, qui non excipiuntur. Excipiuntur autem alij naturâ,  
alij lege. Naturâ, infans, pupillus, furiosus, mente captus, mutus,  
surdus l. si cum. 1. C. qui legit. pers. stand. l. generi. 1. & seq. ff. de adm. & pe-  
ric. tut. tot. tit. Inst. de Curat. Lege excipiuntur alij simpliciter, ut mi-  
nor. arg. l. clarum. 8. C. de auth. præst. l. cum & minores. 4. C. si adv. rem.  
jud. l. minor. 51. ff. de procur. Servus. l. servus. 6. & seq. C. de jud. l. licet. 3. §.  
si servus. 8. ff. de pecul. Alij certo modo, ut filiusfamil. quod ad pecu-  
lium profectitium & adventitium, cujus usus fructus ad patrem  
pertinet l. ult. C. de boni qua lib. Magistratus quamdiu in imperio &  
in officio est l. pars literarum. 4. §. ff. de jud. jun. l. Magistratib. 32. ff. de  
minor. l. in ius. 2. ff. de in ius voc. (Hodie Princeps Imperij vel in Ca-  
mera Imperiali, vel suis Consiliarijs seu Iudice Curia, Hoffge-  
richt/ conveniri potest: prout consuetudine receptum est, Mynsing.  
Cent. 5. obs. 8. Quo pertinet, quod, D. Aug. El. Sax. l. m. in ordin. Cu-  
ria Lipsensis sub tit. Wer für das Hoffgericht mag geladen werden:  
in pr. ordinavit his verbis: Wir wollen auch selbst von wegen vnser  
Camergüter vnd ander Nutzungen vor diesem Ober Hoffgericht des  
Rechten warten vnd verfolgen. Quemadmodum ipse Imp. coram  
Comite

Comite Palatino. A.B. Carol. IV. tit. 5. ) Absentes. l. hos accusare. 12. ff. de accus. & grotantes. l. quasitum. 60. ff. de re jud. c. querelam. 2. X. de procur. transeuntes. l. in jus vocare. 2. ff. de in jus voc. l. heres. 19. §. proinde. 2. ff. de jud. legati. l. consensisse. 2. §. legalis. 3. & seq. l. non alias. 24. §. legati. 2. de jud. Clerici in judicio seculari. c. si quis. 1. & seq. c. si diligenti. 12. c. significasti. 18. X. de jud. Quod tamen quibusdam casibus fallit, utpote in causa feudali, reali, in reconventione, possessorio, vel quasi quos notat *Andr. Gail. lib. 1. obs. 37. Myns. cent. 1. obs. 22. & cent. 2. obs. 67.*

### XIX.

Illud jure Saxonico hac in parte singulare est, quod mulieres de hoc jure ne quidem pro se legitimam personam standi in judicio habeant, sed semper mariti (qui tamen de rato cavere tenetur ut inf. dicam) tanquam Curatoris conjugalis, Ehelichen Vormunds/ vel alterius Curatoris peculiariter ad hoc constituti, Kriegischen Vormunds / consensum & auctoritatem adhibere teneantur *per tex. Landtr. lib. 1. art. 44. in pr. & art. 46. in pr. eod. junct. i. bid. Gl. ord. n. 2. Landtr. lib. 2. artic. 63. in pr. & similib.* Idque hodie procedit sive mulier aatrix sive Rea sit, vigore Novel. Elect. Aug. par. 2. const. 15. sub fin. pr. ibi *Sie halten gleich Klägerin oder Beklagten statt.* Quam sequitur Jllustr. Elect. Joh. Georg. *In der Newen Gerichts Ordnung Anno 1622. promulgata, tit. Wie die Weibespersonen vor Gerichte handeln mögen 8. in pr.* Quamvis ante editas Constitutiones Saxonicas de posteriori maxima inter Interp. Juris Saxonici fuerit controversia: plerisque de Atrice solummodo id ipsum ex audientibus. Quemadmodum etiam in Curijs Principum semper pronunciatum fuisse, quod scilicet mulier Rea possit in judicio comparare, etiam absque Curatore, testatur *Gl. marg. ad gl. germ. Landtr. lib. 1. art. 46. n. 2.* Et ita quoque in Dicasterio Jenensi post editas Const. Sax. Mense Julio Anno Christi 1579. extra Electoratum pronunciatum tradit. *Matth. Coler. part. 1. decis. 67. n. 36. in fin.*

### XX.

Plurimum autem refert scire, quis Actor sit vel Reus, quia Actoris est aliquid proponere & id probare. l. Actor. 23. C. de prob. l. ei incumbit. l. cum qui. 22. ff. eod. quo non probante Reus absolvitur l. qui accusare

accusare 4. C. de edend. l. ult. C. de rei vind. S. retinenda. 4. ver. commodum autem Inst. de Inter. Deinde Actor ab initio semper est volens, invitus nunquam. l. Divi fratres. i. ff. de accus. l. un. C. ut nemo invit. ager. vel accus. cog. exceptâ causâ L. Diffamar. 5. C. de ingen. manum. (â lite tamen caprâ impunè ipsi desistere non licet, nisi Reo consentiente) In Reum etiam invitum iudicium redditur. l. inter stipulantem. 83. S. si Strichum. 10. v. iudicium autem etiam in invitum redditur. de V. O. Sed hic est, quod ad merita quidem causâ, earumque deductionem & probationem attinet, favorabilior per l. favorabiliores. 125. ff. de R. l. non debet. 41. ff. eod. non vero quoad processum iudicarium ordinandum, ne in ipsius sit potestate iudicium, Magistratusque autoritatem eludere, ut tradit Arnold. de Reyger. process. jud. disp. 1. th. 40.

## XXI.

*Assesores.*

Atque principales iudiciorum personæ sunt eiusmodi: minus principales sive accessoriæ sunt, quæ ad principales illas accedunt, commodius explicandi iudicij & tractandæ controversiæ causâ. Accedunt autem minus illæ principales ad Iudicem, vel ad litigantes. Ad Iudicem accedunt quædam consultandi, quædam instruendi causâ. Consultandi accedunt Assesores, qui sunt Consiliarij Iudici in iudicio causâ cognoscendâ & rectè iudicandâ gratiâ assidentes. l. omne. i. l. pen. ff. de offic. Assess. l. hoc edicto. 2. ff. quod quicq. jur. in ali. stat. l. si cui 38 ff. ex quib. caus. maj. quos jurislegumq; peritos esse oportet. l. omne. i. ff. de offic. Assess. l. studiorum. 1. C. de Ass. quippe qui ob dolum non tantum, sed etiam ob imperitiâ suam, si male iudicatum sit, teneantur l. hoc edicto 2. ff. quod quicq. jur. Hodie nostri Iudices & Magistratus etiam habent suos Assesores seu Jurisperitos. Germanicè *Bensitzer*. *Ordinat. Camera. part. 1. tit. 3.*

## XXII.

*Actuarij.*

Instruendi causa accedunt Actuarij & Viatores. Actuarij, (qui hodie Secretarij, Notarij & Tabelliones vocantur) sunt Scribæ publici, qui universa iudicij acta, puta citationes, dilationes, exceptiones &c. excipiunt, & bona fide conscribunt. c. quoniam. 11. ver. statuimus. X. de prob. c. statum. 11. §. notarium 6. & ibi Gl. de rescrip. in 6. Viatores (qui etiam vulgo Pedelli seu cursores item ex-  
cutores,

ectores, & apparitores appellantur) sunt judiciorum nunciij, ea, quæ in judicio fieri debent, ex commissione Judicis Litigantibus, alijsque denunciante, quorum merces sportula nuncupatur. *l. omnes qui 33. §. executor. 5. C. de Episc. & Cleric. l. in sacri. 12. §. modum. 1. C. de proxim. sacror. serin.* Et si culpa vel imperitiâ Viatoris seu nunciij exsecutio citationis non rectè facta sit, eam suis sumptibus de integro facere tenetur, ut habetur in Ordin. Cam. part. 1. tit. 38. §. fin. ibi Das er die Execution oder verkündung wiederumb von newen anff sein selbst vnkosten vnd ohne nachtheil der Parthejen zuthun gehalten werden soll.

### XXIII.

Ad litigatores accedunt quidam interveniendo, quidam patrocinando. Intervenendo nimirum illi, qui ipsi quidem ab initio controversiam in judicio non deduxerunt, sed cum deducta jam est, eò quòd sua inter sit controversiam illam tractari, vel non tractari sese interponunt: Atque hoc vel sponte sua vel invitì Sponte suâ qui faciunt, propriè intervenientes dicuntur, qui vel alterutri partium litigantium principalium assistunt, vel neutri. Inviti interveniunt ad alterius litigantis petitionem in Iudicio ad id vocati, quibus cum lis ita denunciatur, denunciati dicuntur; pars quæ petijt denunciatus.

### XXIV.

Patrocinando litigantibus accedunt Advocati & Procuratores. Advocati sunt viri gravi autoritate & existimatione præditi, qui propter excellentem juris cognitionem, prudentiam, eloquentiam, & rerum multarum usum in negotijs gravibus & arduis, præsertim in causis forensibus agendis vel defendendis patrocinium litigantibus præbent, eoq; nobilissimos se efficiunt. *l. providendo. C. de postul. l. excusantur 2. §. ult. inf. l. diximus. 4. §. inf. ff. de excusation.* (quod tamen de doctis saltem, & qui hodie Cæs. autoritate in Dd. præviis examinibus; quibus virtus, & scientiæ ipsorum excellentia, explorata fuerit, promoti sunt, intelligendum est.) Idque plerunq; scriptis postulando pro aliquo, vel alteri contradicendo, ut not in *tu. C. de advoc. diver. jud.* Vel, Advocati sunt causarum Patroni, litigantes consilijs suis juvando, & merita

controversiæ pandendo. Procuratores hic sunt, qui alienas res mandatis Dominorum in judicijs agunt vel defendunt. *l. procur. 1. in pr. ff. de procur. l. si quis. 3. §. procuratorem. 2. ff. judic. solvi.* Vel, qui alienam litem ex mandato Domini persequuntur. Hi ab universitate constituti Syndici *l. neg. 1. §. quib. 1. & tot. tit. ff. quod cuiusq. Vni. ver. nom. à tutoribus dati A. & ores §. fin. Inst. de Cur. ab alijs proprietate & specialissimè Procuratores dicuntur.*

XXV.

*Res quæ in  
judicium  
deducun-  
tur.*

Adhuc de personis judicij: sequitur Quæstio, quæ est res controversa coram Judice eius dirimendæ causa exposita. Omnis autem quæstio de quo in judicio discepratur, vel in facto vel in jure consistit: Unde duplex quæstio forensis constitui potest: Ea quæ dicitur quæstio facti, & ea quæ dicitur quæstio juris. Quæstio facti est cum de facto, de quo fortè nondum liquet, quæritur, & licet est. *l. cum quia. 79. §. judicib. 1. ff. de iud. l. quatenus. 24. ff. de R. I.* Quæstio juris est, cum de jure quæritur, quodnam ex facto debeat in præsentis casu; vel cum quæritur secundum LL. rectum & jurenè factum sit, fieri potuerit, vel non, & quid jura leges quæ eà de re statuerint: ut si cõstet, Mævium occidisse Cajum, & quæritur, An jure occiderit, vel non, & quâ panâ afficiendus?

XXVI.

*Forma, or-  
do, seu pro-  
cessus judi-  
cij.*

Partibus judicij expositis consequens est, ut de forma judicij dispiciamus. Est autem forma judicij ordo & solemnitas seu processus judicij, & consistit partim in cognitionum ordine, partim in solemnitate, actibus & partibus processus. In cognitionibus causarum observandus hic ordo, ut incidens quæstio ante principalem discutatur in judicio. *l. quoties. 3. C. de jud. & præjudicialis quæstio ante finalem. l. adire. 1. & seq. C. de ord. jud.* Sic quando criminalis & civilis causa incidit, illa huic cedit *l. penult. & ult. C. de tit. & possessorium judicium ante petitorium instituendum. venit. l. ordinarij. 13. C. de rei vindic. s. cum dilectus. 2. X. de ord. jud.* Quod ad solemnitatem actus & terminos judiciales attinet, ordo eorum servandus est. *l. prolatam, ubi gl. & Bald. C. de sent. & interlocut. om. Iudic. s. pacto 14. sub fin. C. de pactis non tantum in civilibus sed etiam in criminalibus judicijs. c. dilectus. 30. ver. postquam crimen ordine fuerit judiciario comprobatum. X. de Simonia.*

27. Ordo

Ordo autem iudicij, sublato antiquo, hic ferè in nostris ju- Citatio.  
 dicijs servatur: Actor ante omnia Judicem competentem (cujus  
 jurisdictioni Reus ratione domicilij aut rei, aut causæ, aut con-  
 tractus, aut delicti obnoxius est) adit, & actione eidem aut li-  
 bello supplicationis (qui citationis & processuum dici solet) vel  
 commisso libello, quo ipsa actio statim inducitur (vulgò libellus  
 actionis & meritorum appellatus) edita, Reum citari petit, ad cu-  
 jus postulationem Judex, si patet jus agendi bonum esse, citatio-  
 nem decernit, quæ universi iudicij principium & fundamentum  
 dicitur §. *fin. Inst. de pen. tem. litigan. quo* omisso totus processus ipso  
 jure nullus est. *c. susceptis. 1. X. de caus. poss. & propriet. c. quoniam. 11. X. de*  
*probat. C. rem. pastoral. 2. ubi Dd. de sent. & re jud.*

## XXIX.

Jure feudali in decisione controversiarum feudalium i-  
 dem ordo & processus observandus est, qui iure communi in  
 iudicijs civilibus usitatus & receptus est nisi quatenus iure feudo-  
 rum aliquid singulare & proprium fuerit, introductum: *c. un:*  
*vers: strenuus de feud. cognit: 2. F. 1.* Et quamvis iure Saxon: feudali  
 processus in causis feudalibus plurimum, maxime si agatur de pri-  
 vatione feudi inter dominum & vasallum, à processu iuris cõmunis  
 discrepat, ut patet, ex *Lehn. art. 65. & 68.* illa tamen iuris Saxoni-  
 ci dispositio ab Elect. August. sublata c. in suis Novel. p. 1. const. 27.  
 ubi constituit, ut lite inter dominum & vasallum mota processus  
 juris feudalis observetur. Porro circa citationem hoc loco singu-  
 lariter controvertitur, An Dominus sine speciali veniæ impetrati-  
 one à Vasallo in jus vocari possit? Affirmativa sententia com-  
 muni Dd. calculo aptobatâ, moribus Germaniæ receptâ, &  
 Cameræ Imperialis præiudicijs confirmatâ, mihi verior videtur  
 per ea quæ tradunt *Andr. Gail. de pig. obs. 15. n. 4. Mynsing. cent. 4. obs. 92.*  
*n. 4.* ubi ita in causa *Grosflegen* fratrum contra Comitum de *Han-*  
*now* pronunciatum tradit. Eandemq; non solùm secundum præsentem  
 stylum Cameræ Imperialis, sed etiam in provincijs Saxon, obser-  
 vari attestatur *Arnold. de Reyger. in addit. ad Mynsing. d. obs. 92. ver. de eo*  
*sane constat, & seq. quem refert ac sequitur Gøthofr. Ant. disp. feud. 7.*  
15. 2.

eb. 2. lit. a. vers. utrum verò vasallus. Maxime cum hodiè secundum doctos Practicos hujus privilegij singularis, de non vocando in jus sine venia, non magnus sit usus, cum hoc ipso, quod Judex, quem ad instantiam alicujus citet, venia impetrata intelligatur, uti sæpius ob hanc causam, Reo non obstante hac exceptione nõ impetrata veniæ, litis contestationem impositam esse abtestatur. *D. Zang. in tr. de except. p. 2. c. 9. n. 9.* Quamvis pro evitandis disputationibus in supplicationibus petitio veniæ inseri possit. *Ioh. Schneidv. in epist. feudor. part. 5. n. 11. 6. & ad §. penalis quoq. 12. Inst. de Act. n. 35.* ubi à quodam Vasallo Dominum suum in jus vocare volente veniam à Rege Romanorum, ut scilicet impunè id sibi facere liceat, petitam fuisse scribit.

*Libellus.*

### XXIX.

Processibus ita impetratis & peractâ citatione Actor. libellum suum, summam causæ & petitionis complectentem in termino citationis, siquidem processus illi per libellum simplicem petiti sunt, offert; sin autem libellus actionis jam ante ad effectum impetrandorum processuum oblatus sit, ille in termino isto reproducitur, eiusdemque copia sive exemplum citato, siquidem ipse compareat, aut procuratori datur, nisi unâ cum citatione à Judice transmissus sit *auth. offeratur. & ibi Gl. & Dd. C. de lit. contest. Ordinat. Camera part. 3. tit. 12. in pr. junct. §.* Zum andern so viel die flage belanget. De consuetudine multis in locis receptum est, quod & Actor retineat copiam libelli, & offerat Judici duas, quarum altera Reo detur, altera penes Acta in judicio reservetur. *Arnold. de Reger. process. judic. disp. 2. th. 2.* Sane in levioribus & summatijs negotiis intentio vivâ voce Actoris vel ejus Advocati explicari debet: idque hodiernâ praxi etiam in criminalibus obtinet. *Jacob. Scult. obs. 1. n. 6. & seq.*

### XXX.

Jure Saxonico illud hæc in parte singulare est, quod libellus & quidem simplex tantum semper viva voce apud Acta judiciaria proponi, & à tabellione in scripturam redigi debeat, quod vulgò appellant, vom Munde in die Feder versetzen. *Novel. Elect. Aug. p. 1. Const. 1. & 9.* Idq; procedere existimo tam in causis civilibus quam

quàm criminalibus sive capitalibus. *Matth. Wesenb. in comm. manusc. ad const. Saxon. p. 1. const. 1.* quem refert ac sequitur *Dan. Moller. in comment. ad eand. n. 5.* Articulus autem libellus hoc de jure omninò rejicitur, etiam parte nõ petente, ex officio Judicis, vigore *Novell. Elect. Aug. p. 1. const. 2.* Quod ita usu forensi & in practica observari attestatur *Matth. Coler. decis. 118. n. 5.* Idque novissimè confirmatum est ab Illustriss. Elect. *Joh. Georg. in der Gerichtsordnung. tit. von der Klage. s. in pr.*

### XXXI.

Libello exhibito. Reo ad deliberandum contendere an literecedere velit, 20. dierum induciæ dantur, intra quas se in causa informare possit *l. quã quinq. 1. ff. de edend. auth. offeratur. C. de lit. contest. Novel. 53. c. illud quoq. 3. Nov. 82. c. oportet. 10. sub fin.* Jure Canonico hujusmodi tempus arbitrarium est & Judicis arbitrio committitur secundum *CC. comm. per c. quoad consultationem. 15. x. de sent. de re judic.* quod usu forensi & supremo Camera Imperialis judicio attestante Gailio observatur. Posteaq; contendendum putavit Exceptiones declinatorias fori & dilatorias opponit *l. ult. & ibi Bart. C. de except. l. ita domum, 13. de procurat. l. exceptionem. 19. de prob.* Et licet *Dd.* variè disceptent, an Judex certum terminum ad probandum in eo simul omnes dilatorias exceptiones, quibus Reus causam suam differre nititur, statuere possit, ita ut eo elapso ad ulteriorem exceptionum dilatoriarum allegationem Reus non admittatur. Si tamen affirmativam defendendam suscipiamus minimè errabimus per *tex. jur. Cam. in c. pastoralis. 4. ext. de except. junct. l. tribunali. 2. ff. de re jud.* Quemadmodum etiam ita in Camera Imperiali sancitum est, ut Reus omnes suas exceptiones in secundo termino simul & conjunctim proponat, litemq; eventualiter contestetur, & postea cum illis non audiat *Ordin. Cam. p. 3. tit. 13. §. ult. & lit. 24. Recept. Imperii Spirensi de Anno 1570. §. Dennoch sollen die gewöhnliche Termin.*

Exceptiones.

### XXXII.

Jure Saxonico præsertim Electorali provinciali Reus omnes exceptiones dilatorias sive in specie tales sint, sive fori declinatoriæ, intra tres quater denas, innerhalb Sächsischer frist/ opponere, & litem sub eventu contestari debet: nisi dubia ad-

C

modum

modum occurrat declinatoria, quâ objectâ necesse non habet Reus, antequam de causa cognoscatur, pronuncieturque, litem contestari, vigore Novel. Elect. Aug. p. i. Const. 3. Churf. Sächs. Ober-Hoffgerichtsrord. zu Leipzig/Anno 1549. tit. Wie die exceptiones vor diesem Gericht vorzubringen. Item in der Wittenbergischen HoffgerichtsOrd. 1550. tit. Wie die exceptiones sollen eingebracht werden. Quod novissimè confirmatum est ab Illustriss. Elect. Joh. Georg. In der GerichtsOrd. tit. von den exceptionen. 11. in pr. & §. seq. Eaque de causa Advocati, ubi exceptionibus dilatoriis & declinatoriis fusè recitatis ad litem contestandam descendunt, protestari solent, se non aliter, non alia mente contestari litem, quàm si exceptiones à se propositæ Judicis interlocutione fuerint rejectæ, *Jacob. Scult. p. 1. obs. 8. n. 5.*

### XXXIII.

Exceptione oppositâ Actori concluditur Replicatio, quam rursus elidit Rei duplicatio, & hanc Triplicatio tertio loco ab Actore objecta, nonnunquam & ultiores gradus defensionum admittantur. *l. exceptio 2. §. replicatio. 1. & seq. ff. de except. tot. tit. Instit. de replic.* In Camera Imperiali tali disputandi & allegandi processui certus modus & terminus præscriptus est, ne videlicet in Dilatoriis exceptionibus ultra duplicationem, in peremptoriis verò ultra triplicationem procedere liceat *Ord. Cam. p. 3. tit. 26. §. Wo aber die Replicatorii articuli & tit. 29. §. Wo aber solche/ &c. Nisi forsitan Judex secundum qualitatem causæ plura scripta concedat. d. part. 3. tit. 38. per tot.*

### XXXIV.

In foro Saxonico quoque usque ad Quadruplicationem solum proceditur. Unde quotidiè emanant citationes ad litigantes, in quibus jubentur certo die comparere & jus suum, si quod se habere putant, deducere in termino, ita ut singuli per tria producta, uti vocant, drey Wechselsätze, utrinque pro illa vice in causa concludant. Idque adhuc hodie litigatoribus in iis provinciis, ubi jus Saxonicum viget, receptum atque in usu est, transgredi non permitti tradit *Matth. Coler. ad rubr. de except. n. 4. vers. & hæc quidem meta est.* Quo facit Novel. Elect. Aug. p. i. const. 1. ver. *Daß vor der Kriegsbestätigung/* Quod si in ipsa litis contestatione

tionem vel post eam, quædã controversiæ, exceptiones preemptorias vel exhibitæ aut producta literaria documenta, vel cõfessiones in Actis factas concernentes, incidant; Judex litigatoribus petentibus permittere debet, ut jus suum alternis duobus scriptis ex intervallo quatuor septimanarum deducant. Novel. Elect. Aug. part. i. const. 9. Quemadmodum etiam in Leuerationem, quæ à sententiã interlocutoriã sunt, prosecutionibus, duobus duntaxat alternis scriptis proceditur. *M. G. D. r. von Leuter. und Oberleut. S. pen.*

XXXV.

Porrò libello oblato, Reus conventus, aut ejus Procurator sollicitè animadvertat, num & ipse actionem aliquam adversus Actorem habeat, ut ita urgentem vicissim eodem judicio urgere & Reconventionem, *Die Widerklage* / movere queat, quàm de jure communi, tam civili, *l. qui non cogitur. 22. ff. de jud. si idem. 11. S. sed et si. ff. de jurid. l. compensationi. 1. C. Res. amot. l. Papinianus. 14. ut h. & consequenter C. de sent. & interloc. Nov. 96. c. illud quoq. 2. quàm canonico, *c. ex literis. 1. ext. de mut. pet. c. etsi Clerici. 4. & ibi CC. ext. de dic. c. cum dile. Bys. 2. & c. fin. ext. de ord. cognit. & simil. nec non Camerali, ordinat. Cam. p. 3. tit. 30. per tot.* in omnibus causis & negotiis locum habere & pari passu cum conventionione ambulare (præterquam in causis quæ expressè in jure exceptæ reperiuntur) extra omnem dubitationis aleam positum est. Imò & jure feudall Reconventionem coram Patribus Curie & feudi Domino (de causis tamen feudallibus non verò aliis) admittendã, in foro receptum, & Camera Imperialis præjudicio confirmatum est, ut testatur *Mynsing. cent. 4. obs. 90. per tot.* Illud singulariter notandum, ut siquidem ante litis contestationem vel statim post reconventionem proponatur cum conventionione simultanei processus, eodemque judiciorum ordine & figura procedat, *c. fin. ubi gl. verb. eod. modo. ext. de mut. pet. Ordinat. Cam. p. 3. tit. 30.* modò de utraque pariter liqueat, aliàs Judex in negotio liquido procedere, & in alio, de quo nondum satis liquet, supersedere potest *Arnold. de Reyger process. judic. disp. 3. th. 25.* Quemadmodum etiam ita in Camera Imperiali in causa Sebastiani Bogelsperger contra Comitem Wilhelmum de Fürstenberg pronuntiatum tradit *Mynsing. cent.**

cent. 1. disp. 16. n. 2. sub fin. Sin verò post lris contestationem proponatur, ante conclusionem tamen causæ, tùm non gaudet amplius privilegio simultaneï processus, sed conventionis & reconventionis causa à se invicem separatur, & quælibet juxta ordinem judiciorum separatim tractatur, uti habetur in Ordinatio. Cam. d. part. 3. tit. 30. ver. So aber solche Gegenklage hernach. In causis criminalibus an & quatenus reconventio locum habeat controvertitur? Et quando Reus criminaliter accusatus accusantem reconvenire velit civiliter, tunc reconventio (nisi coram suo ordinario Judice actio instituatur) non admittitur per tex. in l. si consensisse. §. item si 5. ver. non ramentum criminaria. ff. de jud. Idem obrinet, si criminaliter Accusatorem etiam coram Judice ordinario & competente, conventionem nondum expeditâ, reconvenire velit. Nam & tunc reconventio locum non habet per tex. in l. si quis reus. §. ff. de pub. jud. nisi accusatus suam, suorumq; injuriam reconveniendò & reaccusandò persequatur per tex. in l. neganda. 19. C. qui accus. non poss. Adde Andr. Gall. lib. 1. de PP. c. 12.

#### XXXVI.

De Jure Saxonico reconventio locum habere non videtur, nisi conventio prius fuerit discussa & finita per tex. Landr. lib. 3. art. 12. in princ. *ibid.* Welcher Mann auff einen klagt/ vnd jener wieder auff ihn/der von ersten klagt/der darff dem andern nicht antworten/er sey denn erst ledig von ihm. Quo facto Actor coram Judice Rei in causa reconventionis stare & respondere tenetur, nec privilegio fori illius jurisdictionem declinare potest per tex. Landrecht lib. 1. artic. 61. in princ. & text. Landrecht lib. 3. art. 79. sub fin. & simil. Quæ omnia vera esse arstimo, si causa reconventionis è causa conventionis dependet: vel una ex altera originem trahit: quo casu conventionem pendente reconventio non admittitur, quamvis Reus peculiarem libellum exhibere, causamque reconventionis separatim unâ cum conventionem persequi velit, vigore Novel. Elector. Aug. p. 1. Const. 7. §. 12. Weil wir aber. ver. So ordnen/setzen vnd wollen wir/ in Gerichtsordnung/ tit. Von der Wiederklage/ 6. in princ. nisi forsitan Actor alterius jurisdictioni subjectus sit, aut bona non possideat, tunc enim reconventio (si de eâ non calumniandi animo motâ

motâ confiterit) donec Actor cautionem de solvendo in casum succumbentiæ præstiterit, locum habet, vigore der Gerichts-Ordnung/ iii. Von der Wiederklage. 6. §. Es were denn daß derjenige. Quod si verò causâ conventionis & reconventionis ex causis planè diversis ac separatis, nihilque commune habentibus descendunt; tunc quia diversa ejusmodi causâ & petitiones pro conventione & reconventionem habenda non sunt, una quæque coram Judice competente institui & admitti debet, alterâ alteram non impediendo, non obstante quod prior conventio adhuc pendeat, & nondum finita sit per textum expressum in Novel. Elector. Aug. p. 1. Constit. 7. §. fin. ubi Dan. Moller. n. 3. & 8.

### XXXVII.

Quando Reus nullam habet exceptionem declinatoriam aut dilatoriam, vel reconventionem, tum in foro receptum est, ut utrinque à partibus (ne scilicet iudicium fiat elusorium & irritum) satisfidetur. Et Actor quidem novo jure in causa civili, non solum de persequendâ lite, Novel. 112. c. ad excludendas. 2. verum etiam de eadem inter duos menses contestandâ Novel. 96. c. ne igitur, auth. libellum. C. de lit. contestat. & de sumptibus atque expensis ad decimam ejus quantitatis, quæ libello continentur, pulsato, si injustè litem movisse appareat, restituendis, (quod tamen de consuetudine non ita observatur) satisfidare tenetur Novel. 112. c. ad excludendas. 2. auth. generaliter. C. de Episc. & Cler. In criminali accusatione accusator ad inscriptionem tenetur tot. tit. C. de accus. & inscript. Wo er fellig würde / so wolle er die Pein leiden / die der Beklagte im Rechten hette leiden müssen / wo er übermunden were. Hodie verò Accusator eo usque corporaliter detinetur, donec de prosequendâ & intra præfixum tempus probandâ accusatione, aut casu, quo id non fiat expensis solvendis, & resarciendâ injuriâ idoneam cautionem præstiterit, uti habetur in Constitut. Criminal. Caroli V. art. 12. junct. art. 14. Reus verò conventus (nisi per procuratorem se defendat) hodie tantum iudicio sisti, se scilicet usque ad litis terminum in iudicio permanfurum, satisfidet vel cavet §. sed hodie. 2. Inst. de satisfidat.

Satisfidationes

Quod genus etiam in criminalibus levioribus recipitur per *tex. in l. custodia. i. cum seqq. ff. de cust. & exhib. Reor.* Tametsi Reus infla-  
granti crimine deprehensus sit per *tex. l. custodia. i. d. t.* Sed quid si  
Reo pœna corporalis, sive sanguinis, sive alterius coercitionis  
infligenda sit? Existimo arbitrio judicantis, consideratis cir-  
cumstantiis, & personæ conditione, ac qualitate, posse hunc  
etiam Reum, admissis fidejussoribus, qui iudicio sisti, ut defen-  
dat se, sententiæq; executionem expectet, vel certo die ferendæ  
sententiæ in carcerem se recipiat, promittant, certâ pecuniæ sum-  
mâ vel incertâ pœnæ nomine expressâ, relaxari per *d. l. custodia. i.  
cum seq. ff. de cust. & exhib. reor. l. eos qui. 6. §. super his. 3. C. de appell. arg.  
cum homo. 14. caus. 32. q. 5.*

### XXXIIX.

De consuetudine Saxonica & stylo Curiarum Actor, nisi  
in loco iudicii, in quo actionem instituit, bona immobilia (quo-  
rum valor ut à satisfactione relevetur, arbitrio Judicis hodie ple-  
rumque committitur, ad florenos 30. 40. 50. aut amplio-  
rem summam, pro causæ & rei petitiæ qualitate, quemadmodum ita  
sæpius pronunciatum tradit *Dan. Moller. in com. ad Constit. Sax. p. 1.  
const. 5. n. 10.* quo facit die *N. Gerichts Ord. tit. Von Vorstand/17. §.  
Wie hoch aber* possideat, de refundendis expensis & reconven-  
tione satisfacere solet. *Mus dem Beflagten einen Vorstand vnd  
Caution für die expens vnd zu widerklagen bestellen/per tex. Landr.  
lib. 1. art. 5. & 6.* In criminalibus verò qui vult accusare aliquem,  
teneatur cavere per fidejussores de certâ pecuniæ summâ, quæ à  
Reo nominanda quidem, sed à Judice taxanda: quo factò, in  
nullo amplius Accusator tenetur, quod ita de consuetudine ob-  
servari tradit *Fuchs. diff. 41. ver. verum consuetudo.* Ex parte verò  
Rei conventi etiamsi is bona immobilia nulla omnino possi-  
deat, ne quidem de iudicio sisti causa exigitur; penitusque eâ de  
consuetudine Saxonica & stylo Curiarum ex parte conventi ab  
usu recessit *Dan. Moller. in com. ad Const. Sax. p. 1. const. 5. n. 2.* In causa  
autem criminali seu capitali, quando Reus in flagranti crimine  
seu manuali delicto, *In handhafftiger That/* (quò comprehendit-  
tur etiam is, qui in fugâ delicti capitur per *tex. Landr. lib. 2. art. 35*  
deprehenditur, tunc simpliciter carceratur, nec sub satisfactione  
fide-

fidejussoria relaxatur per tex. Landr. lib. 1. art. 66. in pr. & lib. 2. art. 9.  
sub fin. Quod si verò in flagranti crimine aut in fugâ delicti no<sup>n</sup>  
deprehenditur, aut etiam capitur, sed ejus accusatio ad sequen-  
tem diem differtur, Also daß die Klage vbernächtrig worden / Ju-  
dex captivum sub fidejussoribus (qui Reum toties, quoties quis  
fuerit in judicio presentare promittunt, sub pœna nonnunquam  
500. interdum etiam mille & plurium florenorum attenda condi-  
tione personæ interfectæ & ipsius familiæ, item circumstantiis  
& patrimonio interfectoris conventi) relaxari tenetur. Landr. lib.  
2. art. 9. junct. ibi gl. ord. sup. verb. Wenn die Klage, in pr. Atque ita in  
casu homicidii, pro quo aliàs imponitur pœna L. Cornel. de si-  
car. tam in habitantibus quàm aulis Saxonis practicatum &  
observatum fuisse attestatur Matth. Col. decis. 29. n. 18.

XXXIX.

Et hæc, si Actor & Reus ipsi coram agere & se defendere  
velint, ita se habent. In procuratoribus illud receptum, ut si de  
mandato ipsorum certò constet, de rato satisfacere non compellan-  
tur. l. si procuratorem. 65. ff. de procurat. l. cautio. 1. c. eod. quod & in  
foro Sax. observatur N. G. O. tit. von den Anwaltern vnd Voll-  
machten. in pr. quod verum esse existimo, tamen si clausula rati  
mandato procuratorio adjecta non sit Andr. Rauch. p. 142. n. 5. &  
seq. ubi n. 13. sub fin. ita à Jctis Wittebergensibus Anno 1584. pro-  
nunciatum fuisse attestatur: Sin incertū & dubiū sit, puta si quis  
proferat in judicio mandatum aliqua ex parte mutilum aut in-  
sufficiens, rem ratam dominum habiturum, cavendo admittit-  
tur §. fin. autem Inst. de satisd. l. si is à quo. 3. §. si procur. 2. ff. ut in pos. leg.  
l. 1. c. de proc. (quæ cautio in casu mandati dubii à Procuratoribus  
præstita in Camera Imperiali tantum usque ad litem contesta-  
tam admittitur, ad litem verò contestandam & reliquum judicii  
cursum, nisi pleno mandato instructi, non audiuntur Ordinarij  
Cam. p. 1. tit. 21. §. Weiter setzen vnd ordnen wir / &c. Quod si verò  
mandatum planè non habeat, nec cum satisfactione à parte A-  
ctoris admittitur per tex. in c. alia quidem. 1. ext. de procur. l. procura-  
tori. 1. in pr. ibi mandato Domini. ff. de procur. l. cautio. 1. ibi incertum est.  
C. eod. sumpto ibi argumento à contrario sensu; nisi persona  
conjuncta sit per l. sed & ha. 35. ff. de procur. l. hunc titulum 1. §. fin. ff. de  
208.

*post. tum enim sufficit, quod de rato caveant, per l. exigendi. 12. q. maritus. 2. C. de procur. In foro Saxonico, maxime in Electoratu, si conjuncta persona. aut insufficientis dubiive mandati procurator, bona immobilia sub jurisdictione Electoratus Saxonici possidet, in causis quas ibi exercet, ad ulteriorem cautionem non compellitur, prout ita saepius in Dicastrio Wittebergenfi pronunciatum esse ex Zang. tradit Jacob. Schult. observ. 21. num. 33. Quamvis id ipsum non exprimat die neme GerichtsOrd. tit. Von den Auwalden vnd Vollmachten. 7. §. Wir lassen aber gleichwol. dum pro persona in tertio gradu conclusivè conjuncta cum cautione de rato intervenire permittit. In criminalibus, maxime capitalibus & publicis judiciis, procurator ad accusandum aut defendendum (nisi in casibus ubi absens damnari potest, aut ad allegandas causas absentiae) intervenire non potest, l. pen. §. ult. de publ. jud. l. qui crimen 3. C. de his qui accus. non poss. quod nostris moribus in persona Rei etiamnum observatur, quemadmodum ita in Dicastrio Jenensi pronunciatum tradit D. Arum. disp. D. 9. th. 14. vers. atque hanc sententiam, quamvis à parte Accusatoris hodie indistinctè procurator admittatur vigore Constitut. crim. Caroli V. art. 12. 1ob. Zang. in tract. de except. p. 2. tit. 8. n. 100.*

X L.

Guaranda.

Præter satisfactionem, quæ solum jus civile contentum est, jus Saxonicum etiam exigat Guarandam seu cautionem. De gewehr der angestellten Klage/Land. lib. 3. art. 14. vers. Wer umb vngerecht. Weichb. art. 41. sub fin. & art. 114. quam Actor Reo, ante tamen litis contestationem petenti, præcisè, & quidem vigore Nevel. Elect. Aug. p. 1. const. 4. & GerichtsOrd. tit. von der Gewehr. 12. in pr. actu corporali, stipulatâ manu, vel tactura baculi, an Gerichtesstab / præstare tenetur; aliàs Reus ad respondendum non cogitur, sed cum refusione expensarum ab actione absolvitur. Weichb. d. art. sub fin. Neque tantum in civilibus, sed etiam criminalibus Guaranda præstari debet. per tex. Weichb. art. 114. vers. Gewehr sol auch ein jeglicher. maxime cum hæc Guaranda præstatio originem suam traxerit ex causis criminalibus, seu sanguinis, ut scilicet Reo caveatur de securitate contra agnatos ejus, qui occisus est, si fortè vel transigatur, vel Reus solenni judicio

dicio

dicio ab instanti actione absolvatur per tex. Landr. lib. 2. art. 16.  
junct. ibid. gl. Landr. lib. 3. art. 14. junct. ibid. gl. Paul. Matth. V. ebner.  
Pract. observat. lit. G. verb. Gewehr / vers. qua Guarandæ praesta-  
tio.

### XLI.

Satisfactionibus praestitis Reus ad intentionem Actoris *Litū conte-*  
spondet, & litem purè contestatur *Ord. Cam. p. 3. tit. 13. in pr. vers. statio.*  
Ordenen vnd setzen wir. Recess. Imperii Spirensi de Anno 1570. §.  
Demnach sollen die gewöhnliche Termin. ver. Oder aber derglei-  
chen Einreden. Vel affirmando, cum clausula animo litem con-  
testandi affirmativè, In gemüth vnd meynung den Krieg Rech-  
tens mit Ja zu befestigen / (quamvis rectius forsitan nullam pro-  
priè litis contestationem affirmativam esse dixeris) vel negando  
additâ clausulâ animo litem contestandi negativè, vnd ist der  
Klage nicht gestendig / mit gemüth vnd meynung den Krieg Rech-  
tens mit Nein zu befestigen / & quidem vel generaliter, cum scili-  
cet ad omnia libelli capita una datur responsio, hoc modo : ne-  
go narrata ; vel specialiter, cum videlicet ad singula libelli capi-  
ta respondetur. c. cum causam, 6. extr. de juram. calumn. c. cum ad se-  
dem 15. ext. de rest. spoliat. hoc modo : Vnd insonderheit ist Beslag-  
ter nicht gestendig das vnd das. Adque etiam in Camera Impe-  
riali observatur, ut generalis litis contestatio sufficiat. *Ord. Cam.*  
*p. 3. tit. 13. §.* Vnd nach dem bisher die Procuratores ver. in sachen  
N. contra N.

### XLII.

In foro autem Saxonico specialis litis contestatio requiri-  
tur vigore Novel. Elect. Aug. p. 1. const. 10. ubi constituit, ut re-  
probata illâ generali litis contestatione Reus ad omnia & sin-  
gula capita in narratione & conclusione libelli contenta ex-  
pressè & in specie respondeat, additâ hac comminatione, si non  
fecerit, eum tanquam contumacem puniri. Cujus constitutio-  
nem comprobavit illustris. Elect. Joh. Georg. in der N. B. D.  
tit. 16. von der *litū contestation.* hoc insuper addens, ut Advocati  
in lite contestanda verbis perspicuis utantur, & singulis articulis  
distinctè & quantum fieri potest, brevissimè respondeant : quod  
si facere neglexerint, pro ratione transgressionis mulcentur.  
D Reus

Reus principalis in expensas retardati processus condemnatur, & si litem aliter contestari per sententiam iussus tergiversatur, poenâ arbitrariâ coerceatur. Et quod de lite specificè contestanda dixi, obtinet etiam in criminalibus, quemadmodum ita quotidiè pronunciatur *Iul. Clar. lib. 5. sent. 5. ult. quæstion. 45. num. 2. & seq.*

XLIII.

**Iuramentum  
Calumnia.**

Factâ jam litis contestatione regulariter unâ vel utraque parte exigente iuramentum calumniæ, *Der Eyd sÿr gefehrdes* vel in continenti vel intra tempus seu terminum ad hoc à Judice statuendum, præstatur *l. cum & Iudices. 2. §. hoc etiam. 2. & tot. tit. C. de jurament. propt. cal. Ordinat. Cam. p. 3. tit. 13.* Cujus capita hæc quinque vulgo circumferuntur. I. Quod litigantes credant se bonam fovere causam, justeque ac non calumniosè petere vel sese defendere. II. Quod nolint ullam dilationem non necessariam petere. III. Quod interrogati in jure verum fateri velint. IV. Quod nihil penitus patrociniî causa Judici vel aliis, quàm quibus permissum est, dederint, vel promiserint dare vel promittere velint, sive per se, sive per aliam quamcunque intermediam personam. V. Quod differendi negotii causa probationes ab adversario minimè sunt petituri per *auth. in isto & auth. principalis. C. de jurejur. propt. calum. d. l. cum Iudices. 2. & ibi Dd. C. eod. gl. in c. inherentes. 1. ver. Calumnia. ext. eod. Ord. Camer. p. 1. tit. 65.* Licet autem hoc iuramentum exactum expressè remitti non possit, *l. cum & Iudices. 2. §. sed quia veremur. 1. C. de jurejur. propt. calum.* Tacitè tamen omitti potest per *tex. juris Canonici in c. si de calumnia. 1. §. propter omissum. 1. de jurament. calum. in 6. Bart. in d. §. Sed quia veremur. 4. n. 2. & in l. jusjurandum. 34. §. qui jusjurandum. 4. ff. de jurejur.* Neque in Camera Imperiali processus ob id annullatur. *Recess. Imp. Spir. de Anno 1600. §. Als auch vnserer vnd der Stände.* Hodie ex consuetudine & stylo multarum Curiarum juratur de non temerè appellando, nec calumniosè differendo negotio, uti testatur *Myns. cent. 3. obs. 56.* In criminalibus iuramentum quoque calumniæ præstari debere communiter receptum est, per *tex. generalitatem in l. in omnibus causis. 1. l. cum Iudices. 2. C. de jur. propt. calum.* quo facit *tex. juris*

Cano.

Canonici in c. inhaerentes. 1. ver. praeterea. ext. eod. ducto ibi argu-  
mento à contrario sensu Constitutio Friderici Imp. in c. un. §. ff.  
qui autem cuiquam. 2. de incendiar. 5. F. 10.

XLIV.

Jure feudali Vasallus à Domino & vice versa, Dominus à  
Vasallo juramentum calumniae exigere nō potest per tex. in c. un.  
§. in quib. 2. de consuet. vet. feud. 2. F. 33. Et quidem Vasallum à Domi-  
no id non posse exigere praeter tex. allegat. in argumentum de-  
duci potest, l. de die 8. §. jubetur. 5. ff. qui satud. cog. l. si patronus 16. sub  
fin. ff. de jurejur. l. licet famosa. 7. §. nec deserentes. 3. ff. de obseq. par. &  
pat. prest. ubi libertus à Patrono id exigere prohibetur. Neque  
verò vicissim Dominum à vasallo id debere exigere perbellè de-  
clarat Feudista in d. c. un. §. in quibus. 2. in verb. ut quod quicq. jurū in  
alium statuit, ipse eodem jure utatur. Cui accedit, quod Dominus  
fidei suo in omnibus vicem reddere debeat, ut loquitur Feudi-  
sta in c. un. ver. Dominus quoq. de form. fidel. 2. F. 6. Atque ita con-  
stitutum & ita legimus, quamvis si rationibus certare velimus,  
quoad posterius aliud dicendum foret. De eo sanè constat, quod  
Vasallus à convasallo in controversia feudali juramentum ca-  
lumniae exigere possit per d. §. in quibus. 2. junct. l. quod verò contra.  
14. ff. de LL. l. quod contra 141. de R. I. Herman. Vultejus 2. F. 3.  
num. 8.

XLV.

In foro Saxonico juramentum calumniae generale (quod  
hodie de jure Civili novo solum sufficit Novel. 19. c. quia igitur.  
3. auth. hoc juramentum. C. de jurejur. propt. calum.) consuetudine  
prævalente abolitum est, & tantum speciale exigitur Gl. in Leh-  
n. c. 68. §. Fraget der Herr. in med. num. 19. vers. Und wiewol das.  
Gl. in Landrecht lib. 3. art. 88. num. 3. sup. vers. Den sol er selber her-  
nach schweren. sub fin. ver. Mercke aber / daß der gemeine Eyd für  
gefeshrde nach Sachsen Recht nicht staet hat / noch in vbung ist / quod  
licet ratione, ut pleraque alia in jure Saxonico disposita, careat,  
usu tamen forensi in practica & pronunciando observatur,  
ut testatur Mattheus Colerus part. 1. decisione 117. num. 16. & seq.  
Arnold. de Reyger. process. jud. disputatione quinta, thesi septima, lit. f.

Et quidem ab Actore tantum deferente. Reò juramentum litis  
decisorium, juramentum calumniæ speciale, intra octo dies, à  
tempore, quo sententia, per quam quis iussus est juramentum  
præstare, vires rei iudicatæ consecuta est, computandos, exigi  
potest, secundum Nov. Elect. Aug. p. 1. const. 12. ubi Dan. Moller. in  
comm. n. 1. & seq. N. G. O. tit. 18. Von Enden derselben Delation,  
relation &c. S. Nach dem ruhet. S. Ferner die relation belangend/  
sub fin. adde t. 33. Von dem End malitia.

XLVI.

Sed utrum hoc juramentum per procuratorem præstari  
possit, quæstionis est? Et jure quidem communi affirmativa sen-  
tentia verior videtur, modo procurator speciale mandatum ha-  
beat per tex. juris Canonici in c. cum causam. 6. & seq. ext. de jur.  
propt. cal. c. ult. eod. in 6. hancque sententiam etiam in Camera Im-  
periali receptam esse innuere videtur. Pet. Heig. ad §. 1. Inst. de pœna  
rem. lit. n. 13. Verum jure Saxonico juramentum calumniæ, &  
reliqua juramenta omnia per procuratorem præstari non pos-  
sunt, sed præcisè personæ principales in propria persona jura-  
mentum præstare tenentur per tex. Landr. lib. 1. art. 46. junct. gl. ad  
tex. ger. Landr. lib. 1. d. art. 46. lit. d. Gl. lat. ad tex. ger. Landr. lib. 1. art.  
6. lit. m. gl. lat. ad tex. germ. Landr. lib. 2. art. 22. lit. f. ver. & quod qui-  
libet, quo facit tex. In der Hoffgericht Ord. sub tit. Wenn ein auff-  
gelegter End geleistet werden sol. sub fin. quemadmodum etiam  
ita in dicasterio Witteberg. pronunciatum fuisse testatur Zang.  
in tr. de Except. p. 2. c. 8. n. 38. circa med. Quod etiam obtinere existi-  
mo in personis egregiis & illustribus, puta Baronibus, Comiti-  
bus, &c. per ea quæ tradit Reinh. Ros. in addit. ad Moller. Constit. Sa-  
xon. p. 1. const. 13. n. 3. ver. hodie sive de calumnia. Jacob. Schult. in addit.  
ad Matth. Col. p. 1. Decis. n. 22. ubi n. 25. & seq. id ita in Curia Ele-  
ctorali Lipsiensi Anno 1590. in persona Comitis Brunonis de M.  
prædicatum, nec non in Scabinatu Lipsiensi observatum tradit.  
Quam sententiam etiam secutus est Illustris. Elect. Joh. Georg.  
In der N. G. O. tit. 18. von Enden derselben Delation, Relation  
vnd Leistung. S. fin. Hoc tamen viris illustribus concessio privile-  
gio, ut non in loco publico, in den Rechtsstuben/ sed privato in  
der audiensstuben jurent. Juramentum autem Collegio vel Uni-  
versitati

verfitati delatum per tres vel quatuor ex ejus senioribus, & quibus negotium optimè cognitum est, ut sunt plerunque Consules præstari debet, secundum *Dd. per. l. 67. ff. de. condit. & demonstr. Consultat Constit. Sax. tom. 3. p. 3. q. 2. n. 3. & seqq. & tom. 2. p. 3. q. 4. n. 2. & seqq. Addit. ad Gl. ord. Landr. lib. 1. art. 6. sup. verb. den Schoppenberfren seyn. Quam sententiam approbavit & conformavit Aug. Elect. Sax. in Nov. suis. p. 1. Const. 13. ubi Moller. n. 2. & seq.*

#### XLVII.

Atque hæc obtinent, si in Domini animam jurant. Porro jure communi cautum est, ut etiam procurator, quamvis principalis jurare velit vel juraverit, in suam animam de calumnia, quam pro se committere potest, jurare debeat per *tex. juris Canonici in c. in appellationis causa. 2. §. procuratores. 1. de jur. cal. in 6. Quod tamen secundum usum forenses, intelligo de Advocatis Ordinariis illustrium judiciorum, ut Camerae Imperialis & Curiarum provincialium in terris Saxonis, rursusq; ita, ut non in singulis causis, quas suscipiunt, jurent, sed initio officii cum primum illud ingrediuntur *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 61. & seqq. Ordinat. Curiar. provinc. Saxon. Lips. tit. End des Procuratoris, & tit. End des Advocaten, & Curia Wirttembergensis tit. End der Procuratorn, & tit. seq.**

#### XLIIIX.

Post litem contestatam & juramentum calumniæ præstitum Actor prius quam ad aliquod probationis genus deveniat, interrogationes, sive ut nunc loquimur, positiones intra terminum à Judice datum medio juramento, quod Practici juramentum dandorum appellant, offert, quam eliciendæ veritatis rationem ad faciliorem litem expeditionem usu longævo in causis passim receptam Pontifices ipsi approbarunt, & quod hodie pleræque Curia sequuntur, etiam in posterum observari voluerunt. *Clem. sepè. 2. cir. med. DEUS est. c. un. ext. de lit. contest. Ex stylo Camerae Imperialis statim libellus articulatus exhibetur, ut lis desuper contestetur. Andr. Gail. lib. 1. obs. 29. n. 3. qui lite contestata & juramento calumniæ præstito loco positionum & articulorum quam primum repetitur Andr. Gail. d. obs. 79. n. 3. Mynsing. cent. 5. obs. 88. n. 7. Sed & additionales quandoque prioribus ad-*

*Positiones & Responsiones.*

ficiuntur & declarativi articuli, qui tamen non semper admittuntur, *Myns. cent. 2. obs 81.*

XLIX.

In foro Saxonico articulati libelli, positiones, seu interrogationes, in desuetudinem abierunt, neque in usu amplius habentur *Matth. Coler. decis. 18 n. 3. Fachs. diff. 49. vers. verum de jure Saxonico.* Adde quæ th 30. dicta fuerunt. Cumq; hodiè Constitutione Electorali Saxonica 10. p. 1. *M. G. D. tit. 16. von der liti contestat,* Reus in lite contestanda speciatim, clarè & perspicuè singulis narratis, petitisq; libelli respondere tenetur *sup. th 42.* ea ipsa responsio finem positionum faciliè adsequitur, ut ita levior positionū iactura sit alio sublevamine æquipollente. Eo tamen casu quo Actor intentionem suam fundat in autochiro Rei, etiam in foro Saxon. locum habet interrogatio: tunc n. productum recognoscere Reus tenetur, & respondere, an sit ipsius, & affirmare quidem potest injuratus, negare autem mediante juramento, *Er mus es ohne Eyd recognosciren, oder Eydllich diffitiren.* quemadmodum ita in terris Saxonis pronounciari testatur *Jacob. Schult. in addit. ad Matth. Coler. decis. 119. n. 4.* Vide die *Neue GerichtsOrdn. tit. von recognition der brieflichen Wrfunden. 25.*

L.

Positionibus oblati Reo mediante juramento respondentium, siue respondentorum articulorum purè, clarè & simpliciter per verbum credo, vel non credo, respondere tenetur *Ordinat. Camer. p. 1. tit. 71. & seq. & p. 3. lit. 15. princ. §.* Zum andern. *ver. durch das wort glaub / oder nicht glaub.* Qua de causa si articulum vel positionem multiplicem in uno loco veram, in alio verò falsam esse intelligat, distinctè ad eam respondere compellitur, *d. p. 3. tit. 15. §.* Zum andern. Utrum verò responsio per relationem facta valeat quæstionis est. Et eam valere communiter receptum, dum modò de instrumento in positione mentio fiat. *arg. l. fin. C. de fals. caus. adject. legat. Myns. cent. 1. obs. 86. ubi in fin. ejusmodi responsionem in Camera Imperiali sæpius admittam esse, tradit.*

Facta

Facta à Reo responsione, Actor vicissim ad defensionales articulos Rei, in continenti vel ex intervallo responsioni adjunctos, eodem modo respondere tenetur, *Ordin. Cam. p. 3. in pr. & S. Zum dritten / was des Antwoorters defension. t. 15.* Pœna autem non respondentis est, quod pro confessio habeatur, & articuli in pœnam ejus pro confessis in civilibus (secus in eriminalibus) acceptentur; idque tam in articulis positionalibus Actoris, quam defensionalibus Rei obtinet per *tex. jur. Canon. in c. si post prestitum. 2. & ibi gl. in verb. Reus de confess. in 6. Ord. Cam. p. 3. tit. 15. & tit. 43. S. Wo aber der Kläger.* Ne tamen per imprudentes positiones vel articulos, aut contra eos exceptiones, lites in adversæ partis præjudicium malitiôsè protrahantur, Judex diligenter accurateque iisdem examinatis; num admittendi vel recipiendi sint, interlocutoriâ sententiâ declarabit. Et sanè evidenter manifesteque impertinentes, ne cum clausula quidem (salvo jure impertinentium & non admittendorum) admittere debet *Andr. Gail. lib. 1. obs. 81. n. 2. & 3.* Imò ex officio Reo etiam non petente neque citato, eisdem rejicere potest *Andr. Gail. d. obs. 81. n. 17.*

Responsionem proximè subsequitur Probatio, per instrumenta vel testes facienda, quæ regulariter Actori affirmanti imponitur per *tex. l. ei incumbit. 2. l. ab ea parte. 5. l. quidam. 15. l. versus. 21. l. eum qui. 22. ff. de probat. l. actor. 12. C. eod. l. qui accusare. 4. C. de edend. nisi Reus excipiendo aliquid asseverat & ad sui defensionem dicat; quo casu Actoris partibus fungitur, suamque exceptionem merito probare tenetur per *L. pactum. 9. l. quinquaginta. 12. l. quotiens. 18. S. qui dolo. 1. l. in exceptionibus. 19. cum simil. ff. de prob. l. ut creditor. 1. l. exceptionem. 19. C. eod.* Et utraque tam ea quæ per instrumenta, quam quæ per testes fit intra dilationis terminum, qui tam de jure Civili, *l. quoniam. 1. C. de dilat.* quam Canonico, *c. inducia. 4. vers. spatium caus. 3. quæst. 3. nec non Camerali, Ord. Camer. part. 3. tit. 16.* arbitrio Judicis (qui illud ex personarum, temporum, locorum, quin & ipsius causæ, de qua disceptatur, circumstantiis, æstimabit) committitur, fieri potest, intra quem*

Probationes.

quem etiam Reus acceptus articulis probatorialibus sua interrogatoria, de quibus testes simul audiantur, formare potest c. presentium. 2. & ibi Gl. sup. verb. interrogatur de test. in 6. c. per tuas. ext. cod.

LIII.

Jure Saxonico terminus probatorius est sex hebdomadarum & trium dierum per tex. Landr. lib. 1. art. 62. ver. Gezeugnis sol man in sechs Wochen vollkommen. Weichf. art. 75. & art. 86. gl. lat. ad tex. germ. Landrecht d. lib. 1. art. 62. sub lit. f. post pr. & gl. ordin. Landr. lib. 3. art. 82. sup. verb. Desselben Gerichts. verb. oder in sechs Wochen vollkommen / ab eo ipso momento, quo sententia, per quam alicui probatio injuncta est, vires rei judicatae consecuta est, computandarum gl. lat. ad tex. germ. Landr. lib. 1. art. 62. sub lit. f. in med. vers. terminus vero Fuchs. diff. 51. vers. & currit istud tempus, ubi id ita consuetudine observari tradit. Quod adeo verum est, ut eo termino effluxo Judex alium terminum, etiamsi hoc à parte petatur, concedere, & aliquem ad probationem admittere non possit Gl. lat. ad tex. germ. Landr. lib. 1. art. 62. lit. f. vers. hoc tempore Matth. Coler. v. 1. decis. 21. n. 4. quemadmodum etiam in supremo Electorali judicio, quod Appellationum vocant, judicatum tradit Reinb. Rosa in addit. ad Dan. Moller. Const. Saxon. p. 1. Const. 16. n. 10. lit. b. vers. hinc in supremo; licet intra terminum probatorium currentem ad petitionem partis, Judex, justa tamen ex causa, prorogationem termini facere possit gl. ord. ad tex. Landr. lib. 1. art. 67. n. 4. sup. verb. Klaget man vngerecht. & ibi addit. lit. a. ubi ita à Scabinis Lipsiensibus pronunciari testatur: quemadmodum etiam ita in Dicalterio Jenensi Mense Majo Anno 1586 pronunciatum tradit Matth. Coler. in tr. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 34. vers. & ita fuit de jure. Quam sententiam comprobat Illustris. Elect. Joh. Georg. In der N. G. D. tit. von der Beweisung. 20. §. Wir lassen aber auch geschehen / &c. Atque hæc, quæ de termino probatorio dicta sunt, locum sibi quoque vendicant in termino probatorio, siquidem & ille sex septimanarum & trium dierum est, ab eo tempore & die, qua parti citatio ad publicandam probationem adversarii est insinuata computandarum. Nov. Elect. Aug. p. 1. Const. 16. §. Wenn auch das Gegentheil / ubi Dan. Moller.

LIV.

Sed jam quæritur, utrum sufficiat intra terminum probatorium obtulisse articulos & nomina testium, an verò requiratur, ut probatio plenariè sit perfecta? Et quidem communis & constans omnium ferè Interpp. opinio est, quod sufficiat, si is, cui onus probandi injunctum est, intra terminum probatorium articulos saltem probatorios & nomina testium offerat, licet testes non juraverint, nec examinati fuerint, *Abbas Panorm. in c. licet causam. 9. ext. de prob. ver. tertio casu. Myns. cent. 6. obs. 57.* ubi hanc opinionem in Camera Imper. receptam esse tradit. In foro Saxonico verò hac de quæstione olim major fuit controversia, quibusdam plenam probationem requirentibus *per tex. Landr. lib. 1. art. 62. ver. Gezeugnis solman in sechs Wochen vollkommen.* Quibusdam verò sufficere putantibus, si is, cui probatio imposita est, intra terminum probatorium articulos saltem & nomina testium obtulerit: licet testes jurato recepti & examinati non fuerint, modo producens pro citatione institerit & mediocrem diligentiam in testibus recipiendis & examinandis adhibuerit *Consult. Const. Sax. tom. 1. p. 3. q. 10. n. 2. & seqq. & tom. 2. p. 3. q. 15. n. 1. n. 5. & seqq.* Quorum sententiam ut æquiores comprobavit Aug. Elect. Sax. in Nov. suis p. 1. *const. 16. in pr. ubi Dan. Moller. n. 1. ver. igitur alii.* Nec discrepare viderur *die N. G. D. tit. von der Beweissung. 20. in pr.* Sic etiam in documentis literariis necesse non est, ut intra terminum probatorium ipsa documenta originalia procurentur, sed sufficit si copiarum tantum eorum intra terminum exhibeantur originalia verò post terminum datum producantur *Consult. Constitut. Saxon. tom. 2. p. 3. q. 22. n. & seqq. & tom. 12. p. 3. q. 16. p. 15.* Quam sententiam secutus est Aug. Elect. Saxon. & Nov. suis p. 4. *const. 123. ubi Dan. Moll. in com. n. 2.*

LV.

Testibus productis & tam partis producentis articulis, quàm partis adversæ interrogatoriis Judici traditis, Judex ipse vel ejusdem delegatus maximè si causa civilis sit, in primis testibus juramentum de veritate ad articulos & interrogatoria dicenda

*Juramentum  
Examen &  
Depositiore-  
stium.*

E

E

cenda imponit, l. *jurisjur.* 9. l. *si quando.* 19. C. de test. c. *quotiens.* §. c. *erat ruitatis.* 17. c. *nuper.* §. 1. ext. eod. *Ordin. Camer. p. 1. tit. 77.* (quod juramentum licet consensu partium remitti possit, c. *tui questio-* *nibus.* 39. in fin. & *ibi gl. in verb. remittatur.* ext. de test. Attamen nihilominus Judex, si ita ei videbitur deferre potest *Andr. Gail. lib. 1. obs. 101. n. 5.*) Eoque præstato paulisper testes, quos recepit Judex, ad minimum duos, (uni enim testi planè fides non adhibetur l. *jurisjurandi.* 8. §. *simili modo.* 1. C. de test.) secedere jubet, & quemlibet seorsim rursus accersit, eumque prius de juramento præstato, nec non pœna perjurii diligenter præmonitum, cum ad quemlibet articulum, tum ad quodlibet interrogatorium figillatim, absentibus partibus (quod potius de consuetudine, quam jure scripto obtinet) summâ cum diligentia interrogat & examinat. Quo facto silentium cuilibet sub pœna juramenti à se præstati Judex imponere solet, ne ipsi attestations suas ante factam publicationem patefaciant, & tum, si testis ante publicationem quid prodiderit, competenti pœna à Judice plectetur. c. *si testes.* 3. §. *quæ falso vel varie. caus. 4. q. 3.* Et ita in quibusdam causarum auditoriis, testis cum cæteris articulis jurat, etiâ se facta sua tacitum, uti refert *Joan. Emeric. à Rosbach. in prax. civil. tit. 58. num. 24.*

## LVI.

### Publicatio testimonii.

Examine & depositione testium finitâ, & renunciatione de ulteriore testium productione facta, Judex partibus præsentibus vel ad id citatis. c. *in nomine.* 2. c. *cum venisset.* 25. ext. de testibus, ad ipsarum vel tantum producentis partis petitionem. c. *constitutus.* 30. extr. eod. *Ord. Camer. p. 3. tit. 12. verb. Begetet* testium depositiones & attestations publicat in hunc modum: Dicta testium in hac causa publico, eaque pro publicatis haberi volo; Eorumque copiam utrique litigantium communicat. c. *quoniam.* 11. ver. & *omnia.* extr. de prob. *Ord. Cam. p. 3. tit. 12. post princ.* Quo facto testes regulariter, etiamsi producens illud petat iterum vel amplius produci & examinari non possunt per *tex. express. in Novell. 90. c. quia verò.* 4. post princ. c. *cum venissent.* 25. c. *cum tuas.* 48. & *ibi Abb. ext. de test.* Idq; ob subornationis timorem, c. *fraternitatis.* 17. cum c. *seq. ext. eod.* Quod  
in foro

Saxonico etiam post solam publicationem. licet attestata didi-  
c. ta, & copia seu descriptio eorum partibus facta non fuerit,  
obtinuit. vigore Nov Elect. Aug. p. 1. const. 16. sub fin. ver. So sol  
man auct. ubi Dan. Moll. n. 15. & seq. Idque locum habet etiam in  
secunda instantia, ut scilicet nec ibi alii vel iidem testes super  
iisdem vel directo contrariis articulis produci possint; cum ex  
hac non minus quam in principali subornatio timenda sit, per  
tex. juris Canonici in Clem. ult. de test. Cujus dispositio etiam in  
in foro civili non obstante, tex. in l. per has c. 4. C. de temp. appell. l.  
ius qui 4. ff. de appell. recip. Novel. 90. §. & quoniam. 5. junct. auct. qui  
f. vel. C. de probat: Hartm. Pistor. lib. 4. q. 24. n. 4 & seqq. Quam  
sententiam etiam sequutus est Aug. Elect. Saxon. in Novel. sui p. 1.  
Const. 21. ubi Dan. Moller. in comm. n. 3.

L VII.

Publicatis attestationibus, earumve copiâ partibus con-  
cessâ, plerunque intra terminum à Judice datum, vel contra  
ipsas testium personas, puta quod sint excommunicati vel pro-  
scripti. c. decernimus. 8. de sent. excom. in 6. per juri. c. constituimus. 9.  
vers. perjur. caus. 3 q. 5 c. quicumq. 18. caus. 6. q. 1. parvuli. 14. caus. 22. q. 5.  
b. estium. 3. §. l. Julia. 5 ff. de test. in. mici capitales, d. l. testium. 3. in pr.  
ver. an inimicus, & c. Vel contra eorum dicta seu testimonia, puta  
quod sint contraria. c. si testes 3 § testium caus. 4 q. 2. l. in testimoniu. 2.  
ubi gl. ff. de testib. Varia, d. c. si testes. 3. §. qui falso. caus. 4. q. 3. l. qui  
falso. 16 ff. de test. Obscura, incerta, ambigua, dubia, c. cum clamore  
53. ext. de test. l. ob carmen. 21. §. fin. ff. eod. non congruentia neque  
verisimilia, d. l. ob carmen. 21. c. prater ea. 27. ext. eod. Vel denique  
contra formam examinis & depositionis, puta quod testis exa-  
minatus non juraverit, l. iurijurandi. 6. C. de test. c. tui. 39. & c. nu-  
per. 51. extr. eod. quod non fuerit jejunos, c. placuit. 1. extr. eod.  
(quanquam hoc magis jam honestatis quam necessitatis sit)  
quod non rogatus ad testimonium accesserit, quod non se-  
cretò, non diligenter, nec ad omnia interrogatus fuerit, de  
test. Quas exceptiones subsequuntur replicationes, duplicatio-  
nes, per ea quæ supra th 33. dixi.

Jure feudali circa exceptiones, quæ contra testes opponuntur, hæc singularia sunt. I. Quod in causis feudalibus testes semper requirantur mares, nunquam fœminæ. *c. un. ver. de veteri autem in fin. qui testes sunt necess. ad nov. invest. 2. F. 32.* (quod usu forensi non ita strictè observatur) II. quod in judicio feudali ad probandam novam investituram præcisè requirantur pares Curia siue convasalli, *c. un. in pr. qui test. sint necess. & c. 2. F. 32.* quod facit *c. un. §. si verd. 1. de feud. Guard. 1. F. 2. c. un. in pr. de cent. int. dom. & fidel. 13. F. 10. c. 1. §. quod autem 1. de not. feud. 2. F. 38.* III. quod in judicio feudali feloniam commissa non nisi quinque testibus & quidem summæ & integræ opinionis probari possit per text. express. *in c. un. ver. quod non obtinere, quod test. sint necess. ad prob. feud. ingrat. 2. F. 57.*

Jure Saxonico in causis gravibus, puta criminalibus, septem testes requiruntur, *per tex. Landr. lib. 5. art. 8. ver. Des mus der Richter selbst sie beyde;* quæ tamen juris Saxonici dispositio de consuetudine non observatur, sed secundum jus commune (de quo duo testes omni exceptione majores sufficiunt *per tex. in Labi numerus. 12. ff. de test. l. jusjurandi. 9. §. simili. 1. C. eod. c. novit. 13. post pr. ext. de judic. c. in omni. 4. c. licuit universis. 23. c. licet ex quadam. 47. ext. de test. cum simil. Const. Carol. V. crimin. art. 63.*) pronunciat *Matth. Coler decis. 120. n. 2. ver. verum in isto. Zob. p. 1. diff. 38. n. 4. 9. 10. sub fin.* Illud hoc loco prætereundum non est, quod in foro Saxonico omnes hæ exceptiones & disputationes, quas publicatis attestationibus & acceptâ illarum copiâ (quæ non primum partibus à Judice danda, nec ad plurimum ultra duos menses differenda) quilibet litigantium siue pro suis probationibus salvandis, siue contrariis adversarii refellendis se habere existimat mutuis scriptis duobus, *Mit zweyen Sätzen wechselweise/intercedente inter quodlibet spatio sex septimanarum excipiendo, replicando, duplicando & triplicando proponi & Judicis cognitioni submitti debeant, vigore Nov. Elect. Aug. p. 1. Const. 18.* ita tamen, ut tam probationes, quàm reprobationes simul in uno eodemque scripto disputentur & proponantur, *d. Const. 18. sub fin.* Quam sequitur

vür Illust. Elect. Joh. Georg. in der N. G. D. tit. Wie auff publi-  
cirten Beweiß verfahren werden sol. 29. in pr.

LX.

Cæterum quod supra th. 52. Actori affirmanti onus pro-  
bandi incumbere dixi, fallit si iusta aliqua præsumptio ex argu-  
mentis, signis, judiciis & conjecturis per rerum circumstantias  
plerunque evenientibus sumpta interveniat; tunc enim onus  
probandi ab affirmante in negantem, ab Actore in Reum trans-  
fertur per *l. generaliter. 24. §. sed etsi. 8. in fin. ff. de fideicom. libert. l. ult. in pr. ff. quod met. caus. l. si extraneus. 6. ff. de cond. caus. dat. l. cum tacitum. 3. l. cum de indebito. 25. ff. de prob. c. quia verisimile. 10. ext. de præsum. c. sollicitè. 2. ext. de rest. spoliat. nisi forsitan ex altera parte fortior existat præsumtio, quo casu minor præsumptio per aliam præsumptionem tollitur, arg. *l. filium. 6. ff. de his qui sui vel alien. jür. l. chirographum. 24. ff. de prob. l. omnes qui. 2. §. fin. C. de quadr. præscript. l. suos autem. 33. §. pen. ff. de legat. 3.* Quæ autem validior sive fortior, & quæ debilior sit, arbitrio Judicis relinquendum existimo, per notata *Ioseph. Mascard. vol. 3. de prob. conclus. 12. 24. n. 15. & seqq.* In causis criminalibus, probatō verisimili, sive probabili indicio Reus tormentis subjeci potest, per *l. in criminibus. 1. §. sed & epistola. 1. l. unius. 18. §. Reus. 2. cum seq. l. ult. ff. de quæst. §. milites. 8. §. oportet. 1. C. eod.**

Præsumptio-  
nes.

LXI.

Sic quoque confessio super re litigiosa, quam facit major  
in judicio præsentē adversa parte, spontē & sciens, ubi nec natu-  
ra, nec jus, nec favor repugnat, ab onere probandi relevat, &  
vim sententiæ & rei judicatæ habet per *l. confessus. 1. l. Iulianus. 3. l. certum. 6. in pr. & §. sed etsi. 2. ver. quod quis. ff. de confes. l. un. C. eod.* adeo ut in confessum nullæ sint partes Judicis nisi in condem-  
nando per *tex. in l. proinde. 25. §. fin. ff. ad L. Aquil.* Receptius tamen  
est, ut judicialis hæc confessio vim potius probationis (maximè  
in Criminalibus, ubi ratio judiciorum exactè observanda est,  
*l. libellorum. 3. in fin. ff. de accus. cum simil.*) quàm sententiæ obti-  
neat, adeoque sententia semper opus sit per *l. Iulianus. 3. l. qui sti-  
chum. 5. l. cum fideicommissum. 7. ff. de confes. l. si confessus. 5. ff. de cust. &  
exhib. Reor. l. ult. C. de execut. rei judic.* Idque nostris moribus ob-

Confessiones.

servari tradit *Matth. Wesenb. in parat. ff. de confess. n. 8. sub fin.* Sanè extrajudicialis confessio tantùm semiplenè probat, nisi esset geminata, vel in apocha facta, vel coram testibus & præsentè parte, *l. Publ. Maria 26. ff. deposit. l. cum de indebito. 25. §. fin. §. de prob. l. generaliter. 13. in fin. C. de non num. vec. c. si cautio. 14. ext. de fid. instrum.* In criminalibus verò confessio, extra judiciaria facta, iudicium facit ad torturam contra confitentem, uti post alios tradit *Arnold. de Reyger. process. judic. disp. 7. th. 2. lit. e.*

LXII.

Fama.

Fama etiam in Civilibus causis secundum Dd. communiter semiplenæ probationis vim habet per *l. testium. 3. §. ejusdem. 2. junct. ibi gl. super verb. confirmat. ff. de test.* Unde si testis accesserit, plenam probationem meretur, uti ex *Salic. refert Arnold. de Reyger. d. disp. 7. th. 5. lit. B.* Quod secus est in criminalibus, in quibus non audiendæ vanæ voces vulgi, sed probationibus luce meridianâ clarioribus opus est per *l. absentem. ff. de pæn. l. qui sententiam. 16. C. eod. l. fin. C. de prob.* Unde sola fama nec semiplenam probationem habet ad torturam. *Const. Crim. Caroli V. art. 25. §. Erstlich ob der verdacht. junct. art. 27. Arnold. de Reyger. d. disp. 2. th. 5. lit. d.* De eo sanè constat, quod evidentiæ & notarietatis facti continui, etiam transeuntis, plenam probat onem faciat nullaque ulteriori probatione ad convincendum Reum indigeat, *c. evidentiæ. 9. ext. de accus. c. de manifesta. 17. caus. 29. n. 1. 6. super. 3. ext. de test.* quemadmodum etiam ita in Camera Imp. in causa Episcopi Bamberg. contra Marchion. Albert. pronunciatum fuisse testatur *Myns. cent. 6. obs. 3. in fin.*

Evidentiæ & notarietatis facti continui.

LXIII.

Juramentum in decisivum judiciale.

Denique Actor etiam si nihil probaverit, secundum communem Dd. opinionem, Reo juramentum litis decisivum, ap probante Judice, deferre potest per *l. iurjurandum. 34. §. ait Prætor. 6. l. tutor pupilli. 35. l. manifesta. 38. ff. de jurejur. l. ult. C. de fidei. m. l. cum de indebito. 25. §. in omnibus. 3. ff. de probat. non solum ante, sed etiam post litem contestatam, per *l. generaliter. 12. sub fin. pr. C. de reb. credit. & jurejur.* Et hoc juramentum delatum Reus in continentem vel suscipere & præstare, *l. non erit. 5. §. fin. junct. l. iurjurandum. 34. §. ait præter. 6. ff. de jurejur.* Vel Actori deferenti referre*

referre tenetur, d. l. iusjurand. 34. §. datur. 7. l. manifesta. 38. ff. de jurejur. d. l. generaliter. 12. C. de reb. cred. & jurejur. c. f. ver. quamvis. Et de jurejur. : Etsi Reus delatum ab Actore juramentum præstitit, absolvendus venit, omnisque actio Creditori seu Actori præstans jurantem Reum, si de eo constat, denegatur, d. l. ait prætor. 7. l. nam posteaquam. 9. in pr. l. iusjurand. 22. ff. de jurejur. l. adversus. 18. ff. de excep. Sin verò Actor Reo deferente vel referente juravit, acquirit actionem, in qua hoc solum quæritur, an juratum sit, non an debeat, per l. non erit. 5. §. dato 26. l. non posteaquam. 9. §. iusjurand. 1. §. pen. & ult. l. sed si. 11. §. proinde. 1. & seq. l. si duo. 13. §. Iulianus. 1. cum seqq. l. sed etsi. 25. cum seqq. ff. de jurejur. In Camera tamen Imper. à sententia definitiva super præstito juramento lata appellari potest, Myns. cent. 2. obs. 14. ubi sub fin. ita in causa communitatum, sive pagorum Barchein vñd Mustersholz, contra Gabrielem Schmalzen pronunciatum tradit : Quamvis aliàs de jure communi aliud dicendum videatur, per l. generaliter. 12. §. sed juramento. 1. & §. five. 3. C. de reb. cred. & jurejur. In criminalibus hujusmodi juramentum nec deferri nec referri potest, secundum communem Dd opinionem, per l. fin. C. de prob. quam usu forensi, & in pronunciendo observari attestatur Jac. Schult. in addit. ad Matth. Coler. decis. 122. n. 16. & seqq. nisi forsitan causæ criminales civiliter sint intentatæ, l. ait prætor. 3. §. quæcumq. 1. vers. sive prævalis sit. ff. de jurejur. l. si duo patroni. 12. §. idem Iulianus. 2. ff. eod. c. ult. ext. eod.

#### LXIV.

Jure feudali etiam eo casu, quo Actor in probatione succumbit, Reus non continuo absolvitur: sed juramentum ipsi defertur, quo se (nisi malit id Actori referre) unà cum duodecim Sacramentalibus (id est, conjurantibus testibus, à sacramento sive juramento sic dicti) purgare tenetur. c. un. §. cum autem. 2. sub fin. si de invest. int. dem & vas. l. s. or. 1. F. 26. c. un. de usu Mediolan. 1. F. 28. c. un. in fin. pr. si de feud. def. 2. F. 26. c. un. in pr. vers. etiam datur, de conj. et. rect. feud. 2. F. 33. Munus autem Sacramentalium hoc potissimum erat, ut jurarent cum principali de sua tantum credu-

credulitate & conscientia, *c. un. in pr. & cum datur in fin. de consuet. recte feud. 2. F. 33.* quod tamen juramentum cum 12. sacramentalibus hodiè ab aula recessit, nostrisq; moribus non amplius usurpatur, testante *Zaf. part. 11. n. 36. de Feud.* Neque verò indistinctè quilibet adhiberi poterant, sed necesse erat, ut sex essent de parentibus, id est, cognatis jurantis vasalli. *d. c. un. & d. ver. & cum datur.* Licet Dominus præcisè sex Parentes sacramentales adhibere non cogatur, sed sufficit, si jurat cum conscientia mentione, adhibitis 12. sacramentalibus, partim vasallis, partim agnatis, aut 12 tantum vasallis, aut partim vasallis, partim extraneis. *d. c. un. sub fin pr. vers. Dominus vere.*

LXV.

In foro Saxonico quidem expeditum est, quod Actor, etiam si nihil omninò probaverit, Reo juramentum super causæ veritate deferre possit per *tex. Landr. lib. 1. art. 6. lib. 2. art. 22. §. Zeuget ein Mann sein Gezeugnis. ubi gl. lat. sub lit. f. & quod contra ita delatum præstitum probationes in contrarium non admittatur, vigore Nov. Elect. Aug. p. 2. Const. 15. ubi Dan. Moller. num. 13.* Verùm illud hac in parte de jure Saxonico singulare est, quod Actor isthoc juramentum Reo ante Guarandam præstitam, vel hodiè etiam, litem, absque reservatione Guarandæ purè contestatam, deferre debeat, post præstitam verò Guarandam vel litem contestatam non audiatur, *Novel. Elect. Aug. p. 1. constit. 11. sub fin. ubi Dan. Moller. n. 18. & seqq. Neue GerichtsOrd. tit. von Eyden/ derselben delation, relation vnd leistung. 18. in pr. Secus in Reo vid. die N. G. D. d. loco cui id usque ad sententiam, quàm ei onus probandi imponitur, permittitur. Hoc amplius Reus, nisi juramentum Actori referre velit (quod optimè potest secundum *gl. lat. ad tex. germ. Landr. lib. 2. art. 22. sub lit. g. in fin. Matth. Coler. decis. 122. n. 9.* ubi ita à Scabinis Lipsensibus pronunciatum tradit. Et facit *die N. G. D. d. tit. von Eyden/ derselben delation, relation & c. 18. §. Ferner die Relation belangend/ intra sex septimanarum & trium dierum spatium, præstito prius ab Actore juramento Calumniæ sup. th. 45. præstare tenetur. Landr. lib. 1. art. 62. §. Gezeugnis sol man in sechs Wochen. ubi gl. ad tex. germ. ibid. sub lit. f. gl. ad tex. germ. in Landr. lib. 2. art. 10. sub lit. c. & facit tex.**

*tex. Landr. lib. 2. art. 1. in pr. ubi gl. lat. ad tex. germ. lit. c.* Idque novissimè confirmatum est ab illust. Elect. Aug. in Nov. p. 1. Const. 12. ubi Dan. Moller. n. 1. & seqq. Adde N. G. D. d. tit. n. 8. §. Wann nun also. Quod si autem is, cui juramentum delatum est, intra terminum præfixum decesserit, juramentumvè expressè sine causâ in actis, aut aliàs non recusaverit, tunc in ejus heredibus juramentum credulitatis locum habet, puta ut jurent, quod nihil tale sciant, neque credant, tale quid à defuncto contractum vel factum esse *per tex. in Landr. lib. 3. art. 1. gl. lat. ad text. lat. Landr. libr. 1. art. 6. §. si vero negaverit. sub fin. gloss. germ. ad text. germ. Landr. lib. 3. art. 1. n. 5. vers. Keme es auch.* Quam sententiã comprobavit Aug. El. Sax. in Novel. suis. p. 1. Const. 24.

### LXVI.

De eo hoc loco non incommodè quæritur, si Reo juramentum delatum, nec ab eo relatam: Utrum præcisè jurare cogatur, an verò prius probationibus uti possit; Et eum præcisè jurare non teneri, sed ad probationes confugere posse, verius videtur, im de jure communi *per l. cum qui. 30. vers. cum omisa ff. de jurejurand. l. qua sub conditione. 8. ff. de cond. inst. quàm Saxonico. gl. lat. ad tex. germ. Landr. lib. 1. art. 6. lit. 1. sub fin.* ubi id ita quotidie praticari tradit, quam sententiã comprobat Nov. Elect. Aug. p. 1. Const. 14. die N. G. D. tit. von vertretung der gewissen. 19. in pr. modo id faciat intra terminum juris Saxon. *per tex. alleg.* Et si in probationibus deficiat, nihilominus ad jurandum admittitur, *gl. lat. ad tex. germ. Landr. lib. 1. art. 6. lit. 1. sub fin. & gl. Lehr. art. 19. n. 7. & seqq. d. Const. 14. in pr. Do er gleich.* Secus in Actore, cui si juramentum relatam est, probationibus uti non potest, sed præcisè illud præstare tenetur, *d. Const. 14. vers. Desgleichen sol auch gehalten werden. ubi in com. Dan. Moller. n. 17. GerichtsOrd. tit. von Eynen/ derselben delation, relation, &c. §. Ob nun gleich der Kläger. vers. Wenn es nun geschicht. & tit. von vertretung der gewissen. ver. Dieses aber.* Quamvis ante acceptum à Reo juramentum pœnitere possit N. G. D. d. r. 18. §. 1.

### LXVII.

Atque hæc obtinent in juramento à parte parti delatum, quod judiciale vocant. Necessarium verò, quod Judex in quacunque

*juramentum  
necessarium.*

F

cunque

cunque iudicii parte non solum ante, sed etiam post conclusio-  
nem in causa ipsa *l. generaliter sub fin. pr. C. de reb. cred. & iurejur.*  
in supplementum probationis Actori vel Reo semiplenè pro-  
banti defert *l. admonendi. 31. ff. de iurejur. l. in bona fidei. 3. C. de rebus  
cred. & iurejur.* quamvis iustus ex causis recusari *d. l. generaliter.  
§. fin. autem. 2. C. eod. c. fin. ext. eod.* referri tamen non potest *c. ult.  
ext. de iurejur. Andr. Gail. lib. 1. obs. 108. n. 45. & 119.* ubi hanc sen-  
tentiam benigniorem & æquiores dicit, & secundum eam in  
Camera Imper. in quadam gravi causa pronunciatum tradit:  
eaque etiam in foro Saxonico observatur, vigore Nov. Elect.  
Aug. p. 1. *Const. 23. §. Wir lassen vns/ubi Dan. Moller. in com. n. 4.  
& GerichtsOrd. tit. 30. von dem Eyd / so zu erfüllung der Bewei-  
sung aufferleget wird.* Eoque præstato siquidem ab Actore per-  
inde ac in priori Reus condemnatur, sin verò à Reo is ipse ab-  
solvitur, & Actor condemnatur per ea, quæ supra *th. 63. & 65.  
dixi:* quamvis in Camera Imper. à præstatione ejusmodi jura-  
menti appellari possit *Myns. cent. 1. obs. 39.* ubi ita 19. Martii Anno  
1550. decisum fuisse attestatur. In causis criminalibus *gl. & Dd.  
in l. admonendi. 31. ff. de iurejur. c. mulier. 34. extr. de iurejur.* nec  
non causis feudalibus magnis & arduis, *Gothofr. Ant. disp. 15. th. 6.  
lit. e. ver.* Dummodo, in defectum semiplenæ probationis hoc  
juramentum necessarium Actori non defertur. Reo tamen su-  
spicionibus & indiciis onerato juramentum purgationis defer-  
ri potest, etiam in causis criminalibus, *c. Mennam. 7. c. consulisti.  
20. caus. 2. q. 4. c. ex tuarum. 8. c. ult. ext. de purgat. canon. c. significan-  
tibus. 2. extr. de purg. vulg.* (modo tales suspensiones & indicia non  
extent, quæ sufficiunt ad torturam, alias juramentum locum  
non habet, sed Reus per torturam se purgare tenetur. *Pet. Heig. p. 1.  
q. 40. n. 32.* ut sæpius ita pronunciatum testatur) Item feudalibus,  
*c. nobilis. 7. ext. de purg. canon.* nec non matrimonialibus, *Schneid. ad  
§. dem si quis postulante 11. Inst. de action. n. 32. Nov. Elect. p. 1. const. 22.  
post pr. ver. vnd in Chesachen.*

LXIIIX.

Conclusio  
causa.

Disputationes hinc inde de testibus aliisque probationum  
generibus factas subsequitur conclusio causæ, omnium scilicet  
juris

juris & facti allegationum renunciatio, totiusq; causæ ad definiendum submissio *Ord. Cam. p. 3. tit. 21, 22. & 23. c. pastoralis. 5. ext. de caus. pos. & cum dilectus. 9. ext. de fide instrum.* Quæ causæ conclusio, & si secundum quosdam non sit de substantia processus, ita ut absque vitio nullitatis omitti possit *gl. in Clem. sapè. 2. verb. conclus. de V. 8.* At tamen in Camera Imperiali nulla sententia publicatur, ne interlocutoria quidem, nisi in causâ legitime conclusum sit *Andr. Gail. lib. 1. obs. 107. n. 2.* adeo ut parte alterutrâ concludere nolente, Judex concessâ sufficiente dilatione, ea invitâ in contumaciam, causam ex officio pro conclusâ acceptare, & in ea pronunciare possit, quam sententiam etiam juri communi per omnia consentaneam esse, arbitror *per Novell. 115. c. sed & hoc. 2. auth. jubemus. C. de judiciis.* Et facit textus juris canonici in *c. cum dilectus. 9. extr. de fid. instrum. c. pastoralis. 5. ext. de caus. pos.* Quamquam quoad Judicem, in causâ nunquam concluditur, quin eam rescindere, & rei necessitate suadente ulteriorem probationem requirere & injungere possit, docente *Gail. lib. 1. obs. 107. n. 5.* ubi id ita in Camera Imperiali quotidie observari testatur, quemadmodum & in Criminalibus, quoad Reum in causâ nunquam concluditur, quin post conclusionem in causâ allegationes & informationes juris fieri & offerri possint, ut not. *per Dd. in c. cum dilectus. 9. ext. de fide instrum. & Bald. in auth. jubemus. C. de judic.*

### LXIX.

Conclusionem factâ Judex sibi acta præsentari facit, præsentata legit, lecta considerat, atque de illis consultat, postque consultationem sententiam (quæ debet esse certa, *tot. tit. C. de sentent. quæ sine cert. quant. absolutionem vel condemnationem continens. l. res judicata. 1. in fin. l. qui damnare. 3. cum simil. ff. de re jud.* Libello oblato, & petitioni libello annexæ, nec non Actis conformis, *per l. ut fundus. 18. ff. de com. divid. l. fin. C. de fid. com. libert. non injusta. c. 1. inter ceteras 9. ext. de sent. & re jud.* neque pugnans cum legibus aut constitutionibus, *l. cum prelatu. 32. ff. de re jud.* aut consuetudine & stylo, *princ. Institut. de officio Judicis.*)

concipit, aut concipiendam curat: Ad quam ita conceptam audiendam partes litigantes vel tribus edictis, vel uno peremptorio trium edictorum spacium in se comprehendente citat *l. consentaneum. §. C. quom. & quand. iud. c. cum olim. 34. ext. de test.* (tametsi ab hac citatione Camera Imperialis recesserit, utpote in quâ citationes ab initio fiunt simul & semel ad totam causam & omnes actus, *Myns. cent. 3. obs. 71. Gail. lib. 1. obs. 199. n. 3.*) quibus vel in personis propriis, vel per procuratores comparentibus sententia fertur, & quidem ex scripto, *l. arbitri. 1. & 101. tit. C. de sent. ex perit. recit. ab ipso iudice. l. hac lege. 2. C. d. tit.* (hodie ex stylo Curiarum plerunq; per actuarium ex breviculo recitari solet sententia) nec non in loco consueto, *l. cum sententiam. 6. C. de sent. & interloc. om. iud. l. penult. sub fin. ff. de l. & 1. l. si ut proponi. §. C. quom. & quand. iud. interdiu Novel. 82. c. sedebunt. 3. pro tribunali d. c. sedebunt.*

## LXX.

Nullitas sententiae.

Sententia lata duobus potissimum modis impugnatur, per nullitatem, & per appellationem. Nullitas quæ scilicet vel ex defectu personarum in iudicio versantium, vel ex defectu processus, vel propter omissam solennitatem ipsius sententiæ, de quibus hactenus dictum, accidere solet, etiam intra 30. annos à die latæ sententiæ, secundum communem & in Camera Imperiali receptam opinionem, proponi, & in iudicium deduci potest *Andr. Gail. lib. 1. obs. 127. n. 8.* (quanquam hodiè per statuta terrarum de nullitate agere volenti certum tempus seu certa instantia assignari & præfigi consuevit; quibus elapsis super eisdem nullitatibus quis audiendus non erit) & quidem vel principaliter vel incidenter. Principaliter quando per se distinctè & separatim pro declarandâ sententiæ nullitate agitur, & tùm vel coram Iudice primo, si competens sit & ordinarius, vel appellationis, ostendi potest, ut est communis distinctio *Dd. in c. per tuas. 40. de sent. excom. l. si accusatoribus. 4. C. de accusat. l. quid tamen. 21. in pr. ff. de recept. qui arbit.* Hodie tamen ex usu forensi ubique ferè obtinuit, ut Iudex appellationis & sic superior super nullitate principaliter cognoscenda adeatur, præsertim si nullitas ex malicia vel injuria, vel turpitudine Iudicis profecta deprehenditur

ditur, teste *Gail. lib. 1. obs. 127. n. 7.* Incidenter, si de ea secundario, tanquam de incidenti tractatur, & tum, quia super negotio principali pronunciatur, ac ita principaliter de reformatione sententiæ, & incidenter de nullitate agitur, coram priori Iudice proponi & cognosci debet, *l. si ut proponi. 4. & ibi Dd. C. quom. & quand. Iudex. l. si expressim. 19 ubi Dd. ff. de Appellat.* Et si nullitas per modum exceptionis in iudicium deducatur, & in continenti probetur, impedit executionem *per nōt in c. pastoralis. 28 in gl. ibid. ext. de offic. & pot. Iud. de leg. Andr. Garl. lib. 1. obs. 13 n. 1 sub fin.* Illud in genere notandum, in Camera Imperiali eas nullitates tantum recipi, quæ irreparabile damnum principali negotio afferunt, non quæ iudiciorum solennitatem concernunt, *Ord. Camp. p. 3. tit. 34. S. 1. vers.* Und so der Cammer Richter vnd Besizer.

### LXXI.

Jure Saxonico de nullitate usque ad 31. annos agi posse statuit *Arnold. de Reyger. process. jud. disp. 11. th. 4. sub fin. ver. hoc tempus per tex. Landr. lib. 1. art. 29. in pr. junct. gl. Landr. lib. 1. art. 38. gl. Weichb. art. 4 sup. verb. Jahr vnd Tag.* Verum hodiè in Electoratu Saxon. de nullitate agere volens, intra sex septimanarum & trium dierum spacium a die publicatæ sententiæ, nullitatem proponere, & proximum subsequenter terminum, vel in iudiciis, quæ certo tempore non exercentur, intra terminum juris Saxonici duplicatum, omnem diligentiam adhibere tenetur, quo citationem ad ulteriorem nullitatis deductionem & probationem impetret. Quo tempore effluxo, super nullitate ulterius non auditur, uti habetur in *der Neuen GerichtsOrd. tit. von der nullitet. 38. in princ.* Et quamvis nullitas intra præfixum tempus proponatur, executionem sententiæ, quæ in rem iudicatam transit, non suspendit, etiamsi sententiæ clausula, salva Reo nullitatis querela adjecta sit, nisi nullitas evidens & notoria sit, ut in continenti intra tempus executioni præfinitum probari possit. *GerichtsOrd. tit. 38. von der nullitet. vers. Wenn auch gleich solche Nullitet. & seqq.* Sententia verò ex falso testimonio vel instrumento lata usque ad 30. annos, annum & diem impugnari potest, *d. art. 38. sub fin.*

Appellatio seu provocatio à minore Judice ad majorem vel coram ipso Judice, qui sententiam tulit, & quidem vel viva voce in continenti, *l. litigationibus. 14. C. de appell. vel in scriptis inter decem dierum spatium, Nov. 23. c. & sancimus. 1. auth. bodie C. de appell. c. quod ad consultationem. 15. ver. taliter. extr. de sent. & re jud. c. cum dilectus. 32. extr. de elect. c. significaverunt. 36. vers. mandamus. ext. de test. Vel coram Notario & Testibus fieri debet, *l. cum quidam 7. ff. de appell. Ord. Camer. p. 2. tit. 29. §. Item so sol man. Quo facit Nov. Elect. August. p. 1. Constit. 20. Churfürst Christiani Appellation Ord. sub tit. von Appellationen, wie die ange nommen. §. Diweil aber auch/ in scriptis Mynf. cent. 4. obsery. 45. ubi id ita in Cam. observatum refert. Cui appellationi si Judex defert intra 30 dies, à die sententiæ & scientiæ computandos, apostolos, Abschiede oder Befentnisbriefe / ad superiorém Judicem appellanti (qui eos cum omni diligentia & sollicitudine instantèr, instantius & instantissimè, fleißig/fleißiger/vnd zum fleißigsten/ petere tenetur Clem. quamvis. 2. de appell. c. ult. §. iudicibus caus. 2. q. 6. l. iudicibus. 24. C. de appell.) impertit, d. Clem. quamvis. 2. c. ab eo. 6. de appell. in 6 d. 1. iudicibus. 24. Tametsi in Camera Imperiali non præcisè requiratur, ut apostoli petantur, sed iis etiam non petitis appellatio ibi recipitur Ord. Cam. p. 2. tit. 30. in pr. Quibus impetratis Appellans se Judici ad quem intra terminum, arbitrio Judicis à quo præfixum præsentare & appellationem recipi petere tenetur *l. præses. 5. C. de appell. l. nemo arbitretur 3. C. de tempor. & reparat. appell. c. personas. 4. ext. de app. Ex ordinatione Camerae, & sic à lege Imperii sex menses ad introducendam appellationem conceduntur Ord. Cam. p. 2. tit. 30 §. Damit auch. 1. cum seq. junct. §. Vnd so also. 5. Mynf. cent. 1. obs. 31. ubi ita olim in Camera Imperiali in causa Heinrichi Mahlers contra Margaretam relictam Viduam Georgii Ditzens / ejusque heredes die 27. Octob. Anno 1542. iudicatum tradit: Quo etiam facto, appellationem interpositam infra annum, vel legitimo impedimento interveniente, intra biennium persequi, & justificare tenetur, ut not. in auth. ei qui. l. ult. §. illud etiam. 4. C. de temp. & repar. appell. c. cum sit. 5. c. oblata. 57. vers. licet igitur. extr. de appell. Clem.***

*Clem. sicut. 3. eod.* In Camera autem Imperiali nec hoc perfe-  
quenda & finienda appellationis fatale observatur, sed appel-  
lationis in Camera recepta prosecutio valet, etiam si biennium  
vel ulterius tempus fuerit elapsum *Andr. Gail. lib. 1. observ. 141. n. 2.*  
In causis feudalibus circa appellationem omnia ea servantur,  
quæ de jure communi præfinita sunt, quemadmodum ita in su-  
premo judicio Camera Imperialis in causa Nobilium à  
Schwalbath contra Nobiles à Lindensfels/ Ballestem & consortes  
pronunciatum fuisse attestatur *Myns. centur. 5. observation. 5.  
num. 5.*

### LXXIII.

De Jure Saxonico hæc sequentia hac in parte singularia  
sunt. I. Quod appellatio semper in continenti interponi de-  
beat, nec ad eam interponendam decendum indulgeatur per  
tex. *Landrecht lib. 2. art. 6. sub fin. in verb. Daß zu hand. gloss. in  
Weichb. c. 14. num. 3. sub fin.* II. Quod apostoli vel literæ di-  
missoriae non concedantur, sed tantum nuncii dentur, *Boten.*  
*per tex. Landr. lib. 2. art. 12. post princ. ver. Da sol der Richter seine  
Boten. junct. ibi gl. n. 1.* III. Quod appellatio intra sex septi-  
manarum spatium finiri debeat per tex. *Landr. lib. 2. art. 12. vers.  
Wann sie dant. in verb. Und darnach vber sechs Wochen / junct.  
ibid. gloss. ord. num. 9. Lehrrecht c. 70. vers. in drehen Tagen. in verb.  
binnen sechs Wochen. junct. à ibi Ord. num. 11.* Verum isthæc juris  
Saxonici dispositio de consuetudine usuque forensi non ob-  
servatur, sed secundum jus commune hæc in parte pronuncia-  
tur *Zobel. p. 1. diff. 41. num. 4. 6. & 19.* Sanè in Electoratu Saxo-  
nico tempus introducendæ appellationis singulariter defini-  
tum, est unus mensis à die, quo apostoli dati sunt, computan-  
dus; *Churfürst Christiani II Appellation Ordnung/tit. von Ap-  
pellation, &c. post princ.* Et si ad supremum Judicium Appel-  
lationum, quod Dresdæ singulis semestribus habetur, provoca-  
tur, tum appellatio in proximo sequenti termino (dum mo-  
dò à tempore introductæ appellationis ad proximum se-  
quentem terminum tantum tempus, puta sex septimana-  
rum restet, ut citatio legitimo modo potuerit impetrari)  
justificari debet; *per textum in d. Ord. Appellationum, sub titul.*  
von

von Appellation, wie die angenommen / *junct. §.* Wenn nun also die Appellation an unserm Hofe angenommen. §. Darumb wenn der Appellant *post pr.*

LXXIV.

Sed utrum in causis criminalibus locus sit appellationi, quaestio est? Et jure quidem civili appellationem etiam in criminalibus admitti expeditum est, *per l. non tantum. 6. in pr. ff. de appell. l. eos qui 6. §. super hu. 3. l. minime 12. l. addictos. 29. l. si quis. 30. sub fin. C. eod. l. addictos. 6. C. de Epist. aud. l. observare 2. C. quor. app. non recip. l. ejus qui. 2. C. si pend. appell. mors interven.* Verum de hodierno jure & inveterata consuetudine, per Germaniam recepta, contrarium asserendum, ac dicendum videtur, in causis criminalibus, in quibus poena corporis afflictiva infligenda venit, appellationes amplius non admitti *per tex. in Recess. Imperii August. de Anno 1530. post med. §. Item, ais jetzt etliche zeit her von peinlichen sachen. Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. Item nach dem auch, nisi forsitan in processu criminali nullitas commissa dicatur, quo casu appellationem admitti in praes. Camerae Imperialis Ordin. tit. 28. Item nach dem auch, ver. Doch da sich jemand, aperte cautum est. De jure Saxonicò, quoque in causis criminalibus seu capitalibus maximè flagrantibus appellare non licet *per tex. Landr. lib. 2. art. 12. sub fin. gl. ord. Landr. lib. 2. art. 11. n. 9. ver. Die ander waise ist Matth. Coler. p. 1. decis. 132. n. 1. & seq. Reinhard. p. 4. diff. 16. & p. 5. diff. 24.**

LXXV.

**Inhibitio.**

Appellatione interposita emittitur per Judicem superiorem, ad quem provocatum est, inhibitio, ne scilicet ad executionem procedatur, aut aliquid pendente appellatione attentetur. *c. Romana. 3. §. si verò cum seq. & clarus in c. non solum. 7. ibiq. gl. & CC. communiter de appell. in 6.* Quod ita in Camera Imperiali observatur, etiam si à Judice, à quo appellationi jam delatum sit, ut nulla inhibitione opus videatur, ut tradit *Andr. Gail. lib. 1. obs. 144. n. 3.* Sed & cum inhibitione compulsoriales literæ peti & decerni solent ad edenda & exhibenda acta prioris instantiæ, quorum copiam Judex sub sigillo judiciali vnter des Gerichts Siegel appellanti edere tenetur, *l. 6. apud quem. 2. ubi Bart. & Dd. com. de edend. de quibus compulsorialibus tradit Ord. Camer. p. 2.*

tit. 31.

tit. 31. §. Es sol auch ferner. & p. 3. tit. 31. §. auff den ersten Reichs-  
tag/cum seq. Atque hæc obtinent, si à sententia definitiva appel-  
letur, tum inhibitiõ regulariter non decernitur, nisi sit, quæ ha-  
beat vim definitivæ aut gravamen irreparabile contineat, quod  
ita in Camera Imperiali observari tradit *Myns. centur. 3. observ.*  
*57. num. 7.*

### LXXVI.

Quoniam autem à quibusdam personis excellentioribus *Supplicatio.*  
appellare non licet *tot. tit. ff. à quibus app. non lic. Aurea Bulla Caroli*  
*IV. tit. von der Churf. Freyheiten. 11. per tot.* (cujus quidem vi-  
gore privilegium de non appellando promiscuè omnibus Ele-  
ctoribus competit; Illud tamen Moguntinus, Trevirensis, Co-  
loniensis & Palatinus per contrarium usum, seu, ut alii volunt,  
per spontaneam conventionem amiserunt) idcirco per senten-  
tiam ejusmodi Judicum læsis per supplicationes remedium suc-  
curritur, quo se gravatos illa sententiâ affirmant, ac proinde  
eam retractari petunt, *L. un. C. de sent. pras. prat. l. si quis. s. C. de precib.*  
*Imper. offer. Nov. 119. aliud ad hoc. §. junct. auth. quæ supplicatio C. cod.*  
*Recess. Imperii Spirens. de Anno 1600. §. Es sol aber den Unter-*  
*thanen/ quæ supplicatio intra decendium post latam sententiam*  
*impedit executionem, nisi pars victrix dignam fidem, jussionem*  
*seu satisfactionem præbuerit, de restituenda in casum retractan-*  
*dæ sententiæ, re cum augmentis legitimis, sin verò post decem*  
*dierum inducias, intra tamen duos annos fiat, non suspenditur*  
*sententiæ executio, etiam si non satisfactionem præbuerit. d. Nov.*  
*119. §. aliud ad hoc. §. junct. auth. quæ supplicatio. Cod. de prec. Imp.*  
*offerend.*

### LXXVII.

Et si porrò contra sententiam in augustissimo Camera Judo- *Revisio.*  
dicio seu supremo Imperatoris & imperii Consistorio ac Tri-  
bunali latam, nulla admittitur vel appellatio, vel supplicatio, ne  
tamen omnibus forsitan ibidem gravatis causæ suæ justitiam  
demonstrandi præcisa sit licentia, saluberrimum Revisionis re-  
medium communi S. Cæs. Majestatis & omnium ac singulorum  
Imperii Statuum consensu est introductum, quo sententia Ca-  
meralium gravatus revisionem actorum petere potest, *per rex. 11.*  
*G* *Ord.*

*Ord. Cam. p. 3. tit. 51. junct. tit. 53.* Quam suam intentionem & propositum Archiepiscopo Moguntino, seu Romani Imperii Archicancellario, eodem anno, olim quidem duobus *Ord. Cam. p. 3. tit. 53. in pr.* Hodie vero, tertio ad minimum mense, ante Calendas Maji, Receptis. Imperii Spirensi de Anno 1557. §. *Wiewol ferner.* aut si tantum temporis non supersit, anno sequenti, per scriptum notificare & infinuare debet, *d. Ord. Cam. p. 3. tit. 53. in pr. vers.* *Wo aber vor der zeit.* Quâ notificatione & revisionis petitione factâ, Elector Moguntinus mox ea de re Imperatorem Statufq; Imperii, ad illius anni visitationem ordinatos, certiores reddit, petitq; ut Casarea Majestas Consiliarios suos & ceteri status similiter suos Consiliarios adacta, revidenda mittant *Ord. Cam. p. 3. tit. 53. in pr. vers.* *Darauff gedachter Erzbischoff. junct. Receptis.* Imperii Spirensi de Anno 1557 §. *Wiewol ferner inhalt.* Quo facto qui petit revisionem, antequam revisionis negotium inchoetur, certam pecuniæ summam pro qualitate personarum & gravitate causarum, à Revisoribus terminandam, deponere, aut ejus nomine satisfacere tenetur. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 53. §.* *Und darmit in solchem.* Quin etiam hodie juramentum calumniæ victrice parte petente, vel per se, vel per procuratorem sufficiens & speciale mandatum ad hoc habentem præstare compellitur *Receptis.* Imperii Spirensi de Anno 1600. §. *Und ob wol/sub fin.* Petita autem hoc modo revisione, ea pendente, sententiæ Cameralis executio suspenditur. *d. Receptis. Spirensi. §.* *Als auch streit. vers.* *Wir wollen daß.* pendente revisione mit der execution nicht zu verfahren. In causis criminalibus corporalem pœnam inferentibus regulariter Revisio locum non habet, *arg. Ord. Cam. p. 1. tit. 2. §. §.* *Item nach dem auch. junct. p. 3. tit. 51. & 33.*

LXXIIX.

*Syndicatus.*

Non solum autem prædicto Revisionis remedio partâ læsæ succurritur, sed etiam Syndicatus judicio, quo litigator, qui iniquâ sententiâ se gravatum dicit, informet Judicem, de dolo, quod scilicet muneribus corrupti aut precio, vel prece conducti, favoreq; aut odio adducti injustam dixerint sententiam accusat *Ordin. Cam. p. 3. tit. 53. §.* *Ob sich aber aus der Parthey vorbringen.* & §. *Wo aber einige Parthey verimehnet/in fin.* *Cujusmodi*

jusmodi iudicium in Camerâ Imperiali eodem modo, quo  
 Revisionis, impetratur præal. §. Wo aber einige Parthen.  
 Pœnâ autem Judicis dolosè judicantis est, ut in Civilibus cau-  
 sis ad expensas & totum interesse partis teneatur *per l. filiusfam.*  
*16. ff. de judic. & amissâ dignitate vel cingulo afficiatur infamis.*  
*l. fin. Cod. de pœn. Iudic. qui malè jud. & insuper si quid accepit eo*  
*nomine, ut malè pronunciaret, damnetur læsæ parti in triplum*  
*ejus, quod datum est, & in duplum ejus, quod promissum est.*  
*Novell. 124. c. si quis autem. 2. in princ. junct. auth. novo jure Cod. de*  
*pœn. Iud. qui malè jud.* In criminalibus verò, omnibus bonis  
 confiscatis, in exilium ire jubetur. *d. c. si quis autem. 2. & d. auth.*  
*novo jure.* In dubio tamen Judex, qui malè judicavit, per  
 ignorantiam potius, quàm per dolum malè judicasse præsumi-  
 tur. *arg. l. servo. 65. §. cum prator. 2. ibi per errorem vel etiam ambi-*  
*tiose. ff. ad SCrum Trebell. & est text. rotundus in l. filiusfam. 15. §.*  
*Iudex. 1. ff. de judic.* ubi dicitur, tum demum dolo malo Judi-  
 cem videri judicare, si evidens arguatur ejus vel gratia, vel ini-  
 micitia vel etiam sordes.

### LXXIX.

Hisce modis, quibus propter iniquitatem sententia im-  
 pugnatur, affine remedium videtur declaratio seu Leuteratio  
 sententiarum in quibusdam Curis Germaniæ, præsertim in Saxo-  
 niâ receptâ, quâ sententiarum gravamina, errore forte, ne-  
 gligentia, vel etiam imperitia, tum partium litigantium, tum  
 Judicis commissa, quæ aliàs per appellationem magno negotio  
 vix tolli possunt, hac brevi sæpè manu paucisque sumptibus  
 reparantur & revocantur. Et quia se instar appellationis ha-  
 bet, intra decem quoque dies à die lata sententiæ & scientiæ  
 declaratio illa, ut in appellatione, petenda est *Dan. Moller. in com.*  
*ad Const. Saxon. p. 1. const. n. 6. & 24. Neue GerichtsOrd. tit. 35. von*  
*Leuterung vnd Oberleuterung. in pr.* Et intra sex septimanarum  
 spacium. (quæ tempus à die interpositæ Leuterationis cur-  
 rere verius *Dan. Moller. ad d. Constit. 19. num. 5.* ubi ita judi-  
 catum se scire testatur) citatio ad ejus prosecutionem.

Leuteratio  
 seu declara-  
 tio sententiæ.

G. 2 in mulierum impe-

impetranda venit *Nov. Elect. Aug. p. 1. const. 19. §.* Ein jeglicher Leuterant. *ubi Dan. Moller. n. 3. Neue Gerichts Ord. d. tit. 35. §.* Nach dem auch. *Quo facto, Judex à petitâ citatione, ad prosecutionem, intra tres menses (quod est tempus termini Saxonici duplicatum, doppelte Sächsische frist) certum terminum prosecutioni Leuterationis (quæ viva voce, tribus mutuis vicibus, dictanda. Nov. Elect. Aug. p. 1. const. 19. §. in der prosecution; hodie in interlocutoriis saltem duabus. Gerichts Ord. d. t. 35. Diemeil aber. ver. Wie dann auch in der Leuterung, fieri debet) præfigere, acta causæ ad decidendum transmittere, & sententiam publicare tenetur d. const. 19. §.* Es sol auch. Atque hæc leuteratio sic legitime interposita, eundem habet effectum, quem habet appellatio, quod scilicet sententiam suspendat. *N. G. D. d. tit. 35. §. do auch ein Urtheil.*

LXXX.

*Oberleuteratio seu superior declaratio.*

In causâ Electoralium habet superior declaratio seu leuteratio sententiæ. Die Oberleuterung. *Nov. Elect. Aug. p. 1. const. 19. in pr. vers. Allein wollen wir / non tamen in omnibus causis, sed solum in iis, quæ non per viam appellationis eo devolutæ sunt, sed quæ solum in primâ instantiâ ibi cœptæ, vel per Commissarios & delegatos Electoris eo sunt devolutæ, per tex. in der Landes Ord. Churf. Augusti Anno 1555. sub tit. Oberleuterung / wenn die an vnserm Hoffe nicht zuzulassen. Quam suam constitutionem provinc. confirmat in Novel. suis d. const. 19. vers. Allein wollen wir. Quo facit Ord. Judicii appellat. Christiani II. Elect. Saxon. sub tit. von der supplication vnd revision post pr. vers. Auch wenn die Sache. N. G. D. sub tit. von Leuterung vnd Oberleuterung / in pr. vers. So lassen wir es auch darben. cum seq. Et in hac Oberleuteratione interponendâ & proponendâ, eadem, quæ in simplici leuteratione, solennitates habentur in usu, nisi quod vocabuli leuterationis loco ponatur tantum Oberleuteratio. Cumque per istud remedium Oberleuterationis, quod appellationum (quæ aliàs ex peculiari privilegio Ducum Saxonæ & Electorum à Ferdinando I. Anno 1559. confirmato prorsus non admittuntur) vice fungitur, stãm Judicibus ipsis, quàm litigatoribus abundè provisum sit, Supplicationis & Revisionis remedio in*

Aula

Aula Elect. Saxon. nihil opus esse existimatur adeoq; processus super his decernendi non sunt. *Gerichtsord. tit. 37. von der Supplication oder Revision. §. fin.* In aula autem Elect. Brandenburg. (cui à Rudolpho II. Anno 1586. privilegium de non appellando confirmatum est) gravato loco appellationis beneficium supplicationis conceditur *Dn. Zang. in c. de appell. 11. n. 3. extr. de appellat.*

LXXXI.

Atque hæc obtinent, si litigantes sententiæ latæ non acquiescunt: quod autem illi acquiescunt tunc lata sententiæ post decendum transit in rem judicatam. *Novel. 23. c. & sancimus. 1. Nov. 119. c. aliud. s. auct. hodie. C. de appell. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. §. So sollen auch. quæ secundum Modestinum finem controversiarum pronuntiatione Judicis accipit. l. res jud. 1. ff. de re judic. l. qualem. 16. §. dicere. 1. ff. de recept. qui arb. Et cum res judicata pro veritate habeatur, l. ingenuum. 25. ff. de stat. hom. l. res judicata 207. ff. de R. I. c. cum inter. 13. vers. adjecit etiam. cum seq. ex. de sent. & re jud. & inter eos, inter quos judicatum est (aliis enim nihil omnino quicquam præjudicat, *Modestinus. 10. ff. de except. tot. tit. C. res inter alios act. vel jud. c. penult. ext. de sent. & re jud.*) jus faciat l. si servus s. §. si hereditatem. 1. vers. & cum jus faciat. ff. de legat. 1. sub novorum instrumentorum post repertorum, calculi vel computationis prætextu, rescindi & retractari non potest. l. res judicata. 2. l. sub specie. 4. C. de reb. jud. l. si patronus. 12. §. si quis. 3. ff. de bon. libert. nisi quis noviter reperit instrumenta, quæ prius ex justa causa & probabili ignorantia producere non potuit. *arg. l. hujus editi. 1. ff. ex quibus caus. mat. junct. l. præter. 1. §. si quis. 8. ff. de imm. aduq. privat. arg. l. argentarius. 20. §. cum autem. 3. in fin. ff. de edend. junct. l. ult. ff. de eo per quem fact. & c.* De eo sanè constat, quod in causa matrimonii, sententiæ contra matrimonium lata, in rem judicatam non transeat per tex. in c. lator. & ubi gl. & CC. ext. de sen. & re jud. quò facit c. causam matrimonii. 14. ext. de probat. *Andr. Gail. lib. 1. observ. 112. num. 1. Matth. VVesenbes. in parat. ff. de re jud. num. 8.**

LXXXII.

Sed quid si Judex causam & acta ad aliquod Collegium

G 3

Juridi-

Juridicum seu Scabinatum decidenda transmittat, utrum sententia & consilium istius Collegii lata & publicata transeat in rem judicatam tamen nomen Judicis, coram quo causa ventilatur in ea non fuerit expressum? Et jure quidem communi variè de hac questione loquuntur Interpp. mihi tamen probabilior videtur eorum opinio, qui statuunt, eam post decendum in rem judicatam transire, arg. Nov. 7. c. *emphyteusin*. 3. §. *sive autem*. 2. sub fin. junct. §. *neg.* illud. 3. l. *properandum*. 13. C. de jud. Abb. Pan. in c. *proposuisti*. n. ext. de prob. n. 11. Quam sententiam etiam approbavit & confirmavit Aug. Elect. Sax. in suis Nov. p. 1. *const.* 26. vers. *Derhalten* oder *benen/ubi Dan. Moller. n. 3.* In hoc tamen differunt jus commune ejusque Interpp. à jure Saxonico, quod de jure communi secundum ejus Interpp. nihil interest, sive sententia ejusmodi sit lata ad privati alicujus consilium sive ad totius alicujus Collegii responsum. De jure verò Saxonico, sub nomine Consultoris in præall. const. non debet intelligi quispiam privatus, cujuscunque tandem ille sit eruditionis vel autoritatis, sed integrum Collegium Jctorum, qualia sunt Facultates Juridicæ in Universitatibus & Academiis, Scabinatus Witteberg. Lipsen. Magdeburg. & Jenen. Judicia Curialia, Lipsiæ, Wittebergæ & Jenæ; In Silesia Uratislavienses & Leobergenes, hoc privilegio de jure respondendi gaudent. Atque hæc obtinent etiam in causis feudalibus, ut scilicet causa decidenda ad aliquod Collegium Juridicum seu Scabinatum transmitti possit. arg. c. un. vers. *srenuus* de feud. cogn. 2. F. 1.

### LXXXIII.

#### Executio.

Postquam sententia transivit in rem judicatam, rectè ad executionem, zur hülfße petente parte, pro qua pronunciatum est, proceditur, quæ à Judice ordinario, penes quem est jurisdicctio, ac imperium saltem mixtum, fieri debet. l. *ju dicentiu*. 1. cum 2. seqq. ff. de juridi. 4. l. à divo Pio. 15. in pr. ff. de re judic. (nisi res in qua executio faciendâ in alterius jurisdictione seu territorio sit lata, quo casu Judex ejus loci, ut exequatur, per literas requisitorias, sive mutui compassus à Judice, qui sententiam pronunciat, requiri debet. l. à Divo Pio. 15. §. *sententiam*. ff. de re jud. Ord.

*Ord. Cam. p. 3. tit. 49.:*) in actione quidem reali, si res restitui possit in continenti. §. & *si in rem. 2. Inst. de off. Jud. l. qui restituere 68. ff. de rei vindicat.* In actione verò personali post quadrimestre, à die condemnationis, elapsum, *Leos qui. 2. l. ult. §. ult. C. de usur. re judic.* quod tamen iudicati tempus non semper observat, sed pro causa qualitate & quantitate, vel personarum obsequio, vel contumacia, à Iudice, vel coarctari vel prorogari potest. *l. pro tribunali. 2. ubi Da. ff. de re jud. & facit tex. juris Canonici in c. quod ad consultationem. 15. sub fin. ext. de sent. & re jud.* In Camera Imperiali hodie illud tempus, de jure communi, indultum non observatur, sed datur debitori solummodò terminus sex septimanarum & trium dierum, ut testatur *Andr. Gail. lib. 1. obs. 113. n. 1. ver.* idque fixum termino sex septimanarum.

#### LXXXIV.

Jure Saxonico terminus iudicati restrictus est ad brevissimum spatium, nempe quatuordecim dierum, quibus elapsis Rei ad solvendum cogi possunt per *tex. Landr. lib. 1. art. 70. post princ. vers. Dasz er züm nechsten ding. Landr. lib. 2. art. 5. vers. Wenn vier zehen Nächte / & c. Weichb. art. 27. in med. ver.* Er mag sich wol. De consuetudine tamen isthæc juris Saxonici dispositio non observatur; sed terminus Saxonicus, *Sächsische frist / puta lex septimanæ cum tribus diebus debitori indulgetur. Matth. Coler. de process. exec. p. 3. c. 6. n. 7. vers.* ita in his provinciis, ubi id ita sæpius in praxi observatum fuisse attestatur. Quam consuetudinem etiam comprobat Augustus Elector Saxonix in suis *Nov. p. 1. const. 32. post pr. ver.* Darzu ihme denn Sächsische frist gegeben werden sol. *ubi in com. Dau. Dan Moller. n. 2 sub fin. & novissime H. l. Elect. Joh. Georg. in der N. S. D. von der execution vnd hülf auff die ergangene Urtheil / & c. 39. §.* Wenn aber das Urtheil auff persönliche Klage. Atque hæc obtinent super executione in actione personali, si in actione reali executioni petat ut, tum ea in foro Saxoico intra quatuordecim dies, ab eo tempore, quo in rem iudicatam sententia transivit, fieri debet, uti habetur, in *Nov. Elect. August. d. p. 1. const. 32. §. fin. Verichte Ord. d. tit. 26. §.* Nemlich wenn ein Urtheil.

In ord.

In Criminalibus, sententiâ definitivâ latâ, Judex baculum in dextra tenens frangit (quod tamen non ubique locorum observatur) & carnifici condemnatum Reum commendat, ut cum ipso, secundum pronunciationem latâ definitivâ sententiæ, ratione juramenti sui, exequendo procedat *Const. Criminali Caroli V. Imp. art. 96.* Hinc sequitur, quod si fur rupto laqueo in terram incolumis cadat, iterum suspendi debeat. *arg. Const. crim. Caroli V. art. 19. 2. sub rub.* Zum Galgen. *ibi.* Daß er am Galgen mit dem Strange oder Ketten vom Leben zum Tode gerichtet werden sol. Idem quoque de eo casu statuendum existimo, quando damnato primo ictu caput non fuit amputatum, sed vulnus tantum non lethale illatum: nam & hic iterum feriendus est, *arg. Const. crim. Car. V. art. 192. sub rub.* Zum Schwerdt. *ibi.* Daß er mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden sol. Eaq; hominum consuetudo improbanda est, cum Carnifices, si in ipso actu deficiant, neque uno ictu rem peragant, lapidibus obruuntur. *Const. crim. Car. V. art. 92. ubi habetur:* Daß der Richter öffentlich außruffen oder verkündigen lassen/vnd von der Oberkeit wegen bey Leib vnd Gut gebieten sol/ dem Nachrichter keinerley ver hinderung zu thun/ auch ob ihm mißlinge/ nicht Hand an zu legen. Quod si autem Judex certum carnificem deputatum non habeat, vel in hominem mendicantem (cui de jure communi solarium quinque aureorum debetur per *tex. in l. Divus. 6. ff. de bon. damnat.*) vel unum ex carceratis forte ad mortem condemnatum cum remissione pœnæ ad exequendum compellere potest, *Arnold. de Reyger. process. jud. disp. 8. th. 35.*

## LXXXVI.

*Juramentum  
in litem.*

Quod si Reus rem petitam restituere nolit, sed contumaciter vel dolosè Judicis sententiam spernat; tunc Judex Actori deferre potest jusjurandum in litem, quo rem etiam ultra veram æstimationem ex affectione æstimat per *tex. in c. rem in judicio. 1. L. tutor. 8. l. cum furti 9. ff. de in lit. jurand.* Ne tamen arreptâ hac occasione, in immensum juretur, Judex modum statuere jurisjurando statuere potest, ut intra certam quantitatem juretur, per *text.*

*tex. in l. videamus. 4. §. jurare. 2. ff. eod.* Quin & postquam juratum fuerit, licebit Judici vel absolvere vel minoris condemnare. *l. in action. §. item etsi. 2. ff. d. tit.* Jure Sax. hoc in casu Actor sine juramento aestimat, & taxationem facit, in quam Reus condemnatur, nisi quatenus ipse Reus proprio juramento eam taxationem minuat, *per tex. Landr. lib. 3. art. 47. circa med. Matth. Wesenb. in parat. ff. de in lit. jur. sub fin.* Quod tamen ita intelligitur, nisi res restituendæ habeant expressam jure Saxonico aestimationem secundum *gl. Ord. d. art. 47. sup. verb. Nach den Wirten, Fachs. diff. 70.*

LXXXVII.

Executionem rei principalis, sequitur executio expensarum, in quas regulariter victus victori condemnatur, *l. eum quem. 79. ff. de jud. l. properandum. 13. §. sive autem. 6. C. eod. c. finem litibus. 5. ext. de dol. & contum.* idque locum habet non tantum in expensis judicialibus, quales sunt judicantium merces, *Brithelgeld/* quæque Notariis aut scribis judiciorum, pro citationibus, examinatione testium. aut conscribendis actis, debentur; sed etiam extrajudicialibus, ut sunt *viatica & salaria Advocatorum, Zebrung/Advocatenlohn/ &c.* *per tex. in l. sancimus. 15. C. de jud. l. si quando. 9. C. unde vi. Nov. 82. c. oportet. 10.* quod etiam hodie in foro Saxonico observatur vigore *Nov. Elect. Aug. p. 1. const. 31. §. Dasß auch auff diesen fall/ubi Dan. Moller. in com. num. 3. N. B. D. sub tit. 36. von expensen, Gerichtskosten / vnd der selben moderation, §. Wann es dann zu der moderation. Nisi forsitan victus justam causam litigandi habuit, per tex. in l. qui solidum. 78. §. etiam. 2. ver. nec aliter. ff. de legat. 2. l. eum quem. 79. ff. de jud. quo casu expensæ etiam in ipso judicio promissæ compensantur. Werden aus beweglichen vrsachen gegen einander auffgehoben vnd verglichen. *Ad Const. crim. Car. V. art. 201. vers.* Es were denn sach/ daß der beklagte Ankläger seiner Klage rechtmessige vrsachen gehabt. Atque ita etiam in inclyra Facultate Juridica Lipsensi pronunciatum fuisse, attestatur *Hartm. Pistor. lib. 1. observ. 11. num. 6. per tot.**

LXXXIIX.

Non tamen in omnes expensas, quas victor designat & petit, expensarum.

H

Juramentum  
 tit, expensarum.



tit Judex victum condemnat: sed pejus eas moderari & taxari,  
& super taxatis victori juramentum deferre debet per tex. in Nov.  
32. c. oportet. 10. a. ubi post jusjur. C. de judic. Quod si autem pars  
nolit jurare, cautela est, ut petat expensas sine juramento taxa-  
ri, daß er bitte die angegebene expens ohne Eyd zu taxiren vnd zu  
moderiren. Quod ita de consuetudine observari tradit Joach.  
à Beust. ad rub. de jurejur. n. 24. Quem refert ac sequitur Heintz  
Bocer. p. 2. class. 6. dist. 30. th. 66. lit. a. ver. quod si pars. In Camera  
Imperiali juramentum expensarum in parvâ summâ non exigitur,  
puta si summa taxata sit infra viginti florenos Rhenenses,  
quo casu Judex simpliciter taxat expensas, & partem adversam  
ad earum refusionem, nullo etiam juramento interveniente  
condemnat, uti attestatur Andr. Gail. lib. 1. obs. 151. n. 12. Et quo-  
modo porrò in Camera Imperiali, in taxatione expensarum, ser-  
vetur, vide Ordin. Cam. p. 3. tit. 51. Andr. Gail. lib. obs. 51. Idque ho-  
diernâ praxi etiam in terris Saxonie observatur, ut attestatur  
Jacob. Schult. in addit. ad Matth. Coler. decis. 214. sub fin. Quo facit  
Nov. Elect. Aug. p. 1. const. 21. 6. fin. ubi constituit, quod isto  
casu, ubi abique juramento expensa petuntur, etiam extrajudi-  
ciales nonnullæ, de quibus verissimiliter constare Judici potest,  
prævia moderatâ taxatione, adjudicantur. Adde die M. G. D. tit.  
36. von expensen, Gerichtskosten / vnd derselben moderation. §.  
Wann es dann zu der moderation kömmet.

### LXXXIX.

Sed utrum etiam in causis criminalibus victus victori in  
expensas condemnatur, anceps & perplexa questio est. Et  
quamvis nonnulli negativam tueri conentur: attamen affirma-  
tiva prout communiori Dd. calculo recepta, ita quoque ve-  
rior videtur per tex. in l. si postulaverit. 27. §. si ve autem. 6. C. de ju-  
dic. l. ult. C. de de fruct. & lit. expens. l. qui crimen. 3. C. de hi qui ac-  
cus. non poss. c. accedens. 3. ubi Dd. extr. de accus. c. calumnia. 4. ext.  
de pen. Const. crim. Caroli V. art. 201. Et ab hac sententiâ neque  
in judicando recedendum esse post alios tradit Dan. Moller. in  
com. ad Constitut. Saxon. p. 1. Const. 21. num. 9. Quam procedere  
existimo non solum in Actore, sed etiam in Reo succumbente

si forsitan Reus ad mortem vel aliam poenam corporis con-  
demnetur, quo casu ad nullas expensas litis & alia damna te-  
netur. *arg. Novell. 22. c. deinceps. 20. in princ. Dd. in l. non ignorat. 4.*  
*cod. de fruct. & lit. expens.* Eademque & in foro Saxonico ob-  
tinet vigore Novell. Elector. August. part. 4. Constitut. 12. quæ,  
quamvis in specie de casu homicidii loquatur: attamen meri-  
to & optimo jure etiam ad alia crimina extenditur, ut tradit  
Dan. Moller. ad Constitutionem Saxonicam, p. 4. Constitut. 12.  
num. 7.

## XC.

Atque ita proceditur, si pars utraque per se, vel per alios *Contumacia*  
bedienter comparuerit: quia verò, nonnunquam citatione *Actoris.*  
contempta, citati haud comparere solent, restat ut de contu-  
macia ejusque poena paucis dispiciamus. Et primò quidem,  
quod Actorem attinet, notandum est, quod illo tergiversan-  
te, nec in termino emissæ citationis comparente, terminus pro-  
circumducto habeatur, *l. & post edictum. 73. §. quod si. ff. de jud.*  
Actorque insuper Reo expensas refundere teneatur, *l. eum quem.*  
*in princ. ff. eod. c. cum dilecti. 6. extr. de dol. & contum.* nec ad  
 ulteriorem citationem admittitur, nisi de comparando in po-  
terum, in judicio cautionem præstiterit. *c. actor. 1. vers. ad cita-*  
*tionem de dol. & contumac. in 6.* Vel integrum sit Reo, lite  
contestata, juxta *l. properandum. 13. §. & si quid. 2. Cod. de judic.*  
lite verò nondum contestata juxta Novell. 112. c. omnem verò. 3.  
procedere. In Camera Imperiali, si Actor in termino emissæ  
citationis non compareat: Reus contumaciam Actoris accu-  
sare & proclamare factò auff beschehenen ruffen/tribusque, vel  
hodie ex novo decreto (cujus vigore audientia, quæ antea al-  
ternis diebus habebantur, nunc in dies habentur Recess. Imperii  
pirens. de Anno 1570. §. Demnach haben wir vns mit ihnen)  
ex juridicis effluxis, absolutionem à termino citationis petere  
potest *Ord. Cam. p. 3. tit. 42. in pr.* Et quamvis postea Actor justas  
impedimenti causas allegans veniat; attamen edictum cita-  
tionis semel circumductum nunquam reviviscit, sed novâ  
opus est citatione. *Ordin. Camer. parte quinta, titul. 12. sub fin.*



Quod si verò post citationem libello jam exhibito Actor fiat contumax, siquidem ante litem contestatam: Reus post factum proclama, & tres vel hodie sex juridicas elapsas, aut absolutio- nem ab instantiâ judicii seu termini, aut lite in contumaciam Actoris negativè contestatâ, de causâ principali, ut cognosca- tur, petere potest *Ordin. Cam. p. 3, tit. 42. §.* Wo aber der Kläger / & c. Post litem verò contestatam, Reo instante, probationibus ad sententiam procedi, & prout causæ exigit veritas, pro Actore vel Reo pronunciari debet: ita tamen, ut contumax expensarum pœnâ semper mulctetur, *d. t. 42. §. fin.* In causis criminalibus Accusatore emanente succedit officium Judicis, quod Accusa- toris vices supplet *Arnold. de Reyger. Process. jud. disp. 2. th. 25. lit. b. in fin.* Aliquândo tamen, maxime in levioribus & privatis cri- minibus, accusatus directò absolvitur, si accusatus sit contu- max & non compareat, qui propter contumaciam extraordina- riè à Judice quoque puniri potest.

### XCI.

In foro Saxonico, si Actor contumax fuerit, & actionem suam non legitimè prosequatur, tunc Reus petit edictum seu ci- tationē cessare, & se ab instantia absolvi unâ cum refusione ex- pensarū *per tex. Landr. lib. 2. art. 8. in pr. ver.* Und klaget dieser dann nicht mehr / *junct. ibi gl. ord. d. art. 8. sup. verb.* Dargegen theilt man jenen der angesetzten Klage ledig, *n. 4.* Quemadmodum etiam in Electorali Curia Lipsensi supremâ, im Ehurf. Sächf. Obern Hoffgericht zu Leipzig / Actore contumace existente, Reus ab in- stantiâ absolvitur, actorq; non admittitur ad actionem perfe- quendam, nisi refusus expensis & præstitâ cautione de lite perfe- quenda, uti testatur *Jacob. Schult. in addit. ad Matth. Coler. decis. 104. n. 29.* Quam sententiam novissimè *Illust. Elect. Joh. Georg. comprobavit, M. G. D. tit. 10.* Wie wider die aussenbleibenden Parthenen procediret werden sol. *in pr.* In Criminalibus, si ac- cusator in tribus terminis judicialibus non comparuerit, neque inculpaverit Reum, Reus non tantum absolvitur ab instantia, sed etiam ab ipsâ actione institutâ: Von der Klage / *per tex. Landr. lib. 2. art. 4. cir. med. ver.* Klaget denn niemand vber ihn binnen den drehen dingen / so sol man ihn ledig theilen von der Klage. *junct. Landr.*

Landr. lib. 2. art. 8. ubi quoque Accusator Reo amendam & Ju-  
dici multam persolvere jubetur: Er mus dem Richter wetten/  
vnd dem Beslagten seine Busse geben. gl. ord. Landr. lib. 2. art. 4. sup.  
verb. Klager kein Mann über ihn. gl. ord. Landr. lib. 2. art. 8. sup. ver.  
Er mus dem Richter drumwetten/cum siml. Matth. Col. dec. 104.  
n. 22. Matth. VVesenb. in parat. ff. de accus. n. 13. ubi pœnam extra-  
ordinariam etiamnum apud Saxones accusatoribus contuma-  
cibus infligi testatur. In secunda verò instantia Appellante in  
terminò appellationem suam non justificante, illa, nisi dilatio-  
nem ad proximum petat, pronunciatu deserta; justificata verò  
appellatione in terminò mox super meritis pronunciatu, nisi ab  
appellato probabiliter impugnata Appellans non defendat,  
& majori indagine res indigeat; quo casu à Judice ad ulterius  
procedendum sub pœna desertionis citatur, & si emanat ap-  
pellatio, itidem deserta pronunciatu; omnibusq; hisce casibus  
appellans in expensas Appellato, condemnatur, N. G. D. tit. 70.  
Wie wider die aussenbleibenden Partheyen procedirt werden sol-  
l. Do aber. cum seq.

XCII.

Sin Reus legitimè citatus contumax sit, lite contestatâ iti- Contumacia  
dem contra ipsum *juxta l. properandum. 13. §. sin autem. Reus. 3. C. de Rei.*  
*jud. in causa proceditur; lite verò non contestatâ ad missionem*  
*in bonorum possessionem deveniri solet, per tex. in l. satius, pœna.*  
*19. ff. de in jus voc. l. cum proponas. 9. ver. nam si ad circumscriptionem.*  
*C. de bon. auct. jud. possid.* In Camera Imperiali contra Reum verè  
contumacem, facto proclamato & effluxis sex juridicis (intra  
quas tamen citato causas absentiae allegare, & se à contumaciâ  
purgare licet *Mynsing. cent. 5. obs. 86. n. 2. Andr. Gail. lib. 1. obs. 59. n. 2.*  
*ver. & licet*) hisce tribus modis procedere libere permissum est.  
I. Vel ad pœnam banni seu proscriptionis. II. Vel ad causæ cog-  
nitionem & decisionem usque ad sententiam definitivam (quò  
casu siquidem Reus nunquam comparuit, in contumaciam ejus  
ita proceditur, ut petito proclamato, eoq; decreto, lis, ob contu-  
maciam, pro contestatâ acceptatur, & articuli ad probandum  
admittantur. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 43. §.* Wo aber der Kläger. sin  
verò comparuerit quidem semel, litemq; contestatur, sed postea

contumax fit in respondendo, tum articuli in pœnam & contumaciam non respondentis pro confessatis acceptari possunt. Ord. Cam p. 3. tit. 14. §. Begeben sich aber. & facit tex. jur. canonici in c. post prestitum, 2. de confess. in 6. c. nullus. 4. ext. de presum.) III. Vel ad immissionem in possessionem, secundum naturam intentatæ actionis, de qua in seqq.

Primum Decretum.

XCIH.

Immissio autem in possessionem bonorum fit ex Judicis decreto, quod duplex est: Primum & Secundum; illud fit, quando autoritate Judicis Actor in bonorum debitoris contumacis possessionem rei servandæ seu custodiendæ causâ mittitur. l. Fulcinius. 7. §. Celsus autem. 17. cum seqq. l. cum legatorum. 12. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. possideri. 3. §. fin. ff. de acquir. vel amitt. poss. tot. tit. ext. de eo qui mittit in poss. caus. rei serv. ut scilicet ea pignoris pratorii vice detineat. l. non est mir. 26. ff. de pig. act. l. si decreto. 2. C. qui pot. in pig. l. fin. C. de prat. pig. Donec Reus rædio affectus, veniat responsurus. c. quoniam. 1. §. in aliu vero cum simul. ext. ut lit. non contest. In decernenda autem possessione bonorum Judex hunc ordinem servabit, ut in actione personali, non in bona universa, ut olim, sed prius in mobilia, post immobilia, & denique jura & actiones Creditor mittatur: idq; pro mensura debiti seu quantitatis petita, l. presenti. 6. §. sed si hoc. 4. C. de his qui ad Eccl. confug. l. si pratorium. 1. C. de prat. pig. c. quoniam. 5. sub fin. ver. si autem super personali. ext. ut lite non contest. In reali verò, si tota res petatur, in totius rei possessionem mittatur, si pars, tantum in partem petitam. l. Fulcinius. 7. §. Celsus. 17. cum seq. ff. quib. ex caus. in poss. eat. c. quoniam. 5. §. in aliu vero. ibi in rei petita possessionem. ext. ut lit. non cont. c. cum sicut. 2. ibi in possessionem res petita possessionem. ext. ut lit. non cont. c. cum sicut. 2. ibi in possessionem rei petita. & tot. tit. ext. de eo qui mit. in poss. caus. rei serv. Hoc primum decretum tollitur, si Reus post immissionem intra anni spatium venit, cautionem judicio sisti præstat & expensas factas Actori restituat. l. si qui emptionis 8. §. penult. C. de præser. 30 vel 40. armor. auth. ei qui jurat. C. de bon. auct. judic. poss. c. quoniam. 5. §. in alia

*alii vero. ver. quid si venerit. ext. ut lit. non cont. c. constituti. 7. cum  
feqq. ext. de eo qui mitt. in poss. caus. rei serv.*

XCIV.

De Jure Saxon. Reus tribus edictis quatuordecim diebus  
in vicem distantibus, aut hodie de consuetudine in uno per  
emptorio continente tempus sex hebdomadarum citatus non  
comparens, Actore in termino comparente & contumaciam  
ejus accusante, in primo statim judicio pro confessio & convi-  
cto habetur, ideoque in eum, non aliter ac si discussio negotio  
principali, sententia condemnatoria fertur per tex. Landr. lib. 2.  
art. 9. circa princ. & art. 24. Et facit tex. in Landr. lib. 3. art. 34. vers.  
Wenn man für Gericht. *ibi* Antwort er dennoch nicht / so ist er vber-  
wunden in der Schuld. Atque ita quotidie pronunciari attesta-  
tur Joh. Scheid. in com. Inst. tit. de success. subl. & c. n. 4. Quod ta-  
men ita intelligendum est, nisi Reus in proximo subsequente ju-  
dicio veniat ad proponendum justas suæ absentiae causas, aut le-  
gitima impedimenta, seine Ehehafft / quod comparere non po-  
tuerit, quæ si ita probaverit, non nocet ei prior sententia, per tex.  
Landr. lib. 2. art. 6. vers. *ibi*: Er möge es denn mit recht widerreden.  
& art. 7. post pr. *ibi*: Wird sie beweist/ als recht ist/ er bleibet es ohne  
schaden. Quam sententiam approbat Illust. Elect. Joh. Georg.  
in der N. S. D. sub tit. 10. Wie wider die aussenbleibenden Par-  
theyen procediret werden sol. §. Im fall der Beklagte. Ideoque  
Actor hoc petere solet, ut Reus condemnetur in Ehehafft / id  
est, ad docendum legitimum impedimentum, soletque ad  
hanc petitionem pronunciare, Daß Kläger Beklagten mit sei-  
ner Klage vnd Zuspruch biß auff Ehehafft vnd behelfliche Wi-  
derrede/ erstanden vnd erlanget habe. Et licet Actor Reum sim-  
pliciter condemnari perat, Judex tamen nihilominus, quod  
juris & consuetudinis est, ex officio supplere, & Reum ad  
dicendum impedimentum admittere, adeoque in Ehehafft  
condemnare potest; quemadmodum ita à Dominis Judicib.  
Cur. Lipsens. pronunciatum attestatur Hartmann. Pistor. lib. 1.  
quæstion. 3. num. 15. vers. *verum Domini*. Et hoc est, quod vulgo  
dicitur, Daß man einen vertheile biß auff Ehehaffe.

In se

In secunda verò instantia Appellatus emanens cum acta primæ instantiæ pro se habeat, in Ehehafft, seu usque ad legitimum impedimentum non condemnatur, sed super meritis, révisis Actis primæ instantiæ cognoscitur, aut denuo ad respondendum & jus suum deducendum Appellatus citatur, *N. G. D. præal. tit. 10.*

XCV.

*secundum  
Decretum.*

Quod si Reus, elapso anno, iterum de novo citatus non compareat, sed & in posterum fraudulenter latitare pergat, tum Actor, qui rei custodiendæ causa in possessionem missus fuerat, ex secundo decreto possessor constituitur, vel etiam Dominus esse jubetur, *arg. l. prætores. 5. l. prætor ait. 7. cir. pr. l. finita. 15. §. nondum. 21. ff. de dam. infect. c. quoniam. 5. §. in aliis verò. ext. ut lite non contest. c. constitutus. 1. cum seq. ext. de eo qui mitt. in poss. caus. rei serv. Aliquando tamen, & quidem crebrius, Judex decernit venditionem, l. Tulcinus. 7. in pr. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. cum proponas. 9. ver. tempore autem. C. de bon. auct. jud. poss. & tum demum res insolutum concedet, si emptor nullus invenitur l. à Divo Pio. 15. §. si pignora. 3. ubi Bart. num. 3. ff. de re jud. l. penult. & ult. C. si in causa judic. tot. tit. C. de jure dom. imp. auth. hoc nisi. C. de solut. Hoc autem secundum decretum ex communi Dd. opinione in personalibus dantaxat actionibus locum habet; in actionibus verò realibus, ubi de dominio vel quasi quæritur, hujus secundi decreti interpositione opus non est, sed solus anni cursus pro decreto sufficit, l. si finita. 15. §. si plures. 15. ubiq. gl. & §. seq. ff. de damn. infect. c. contingit. 9. ext. de dol. & contum. Potest tamen qui reali egit, si de dominio, sibi litem in futurum motam iri metuat, petere à Judice, ut certum terminum statuatur, intra quam veniat jus deducturus Reus, aut alius quivis, qui dominium præten dit, quo elapso, nemo deinceps auditur. l. ult. C. de jur. dom. impetr. auth. hoc nisi. C. de solut. Panormit. in d. c. quoniam. 5. §. fin. n. 12. ext. ut lit. non contest. In Criminalibus, si Reus erit contumax, secundum leges Digestorum & Codicis omnia bona ejus annotantur, & si intra annum pariturus venerit, cuncta sua bona recuperat, & postea de crimine auditur. l. Divi Severi. 1. §. & ex hoc. 3. & seq. l. fin. ff. de requir. vel abs. dam. l. cum absenti. 1. cum seq. C. de requir. reis. post annum verò ea omnia confiscantur, & licet postea veniat, pari-*

pariturus, super crimine quidem auditur, l. annus. 4. §. fin. ff. de re-  
quir. vel abs. dam. bona a. non recuperat. l. quicumq. 2. C. de requir.  
rei. Jure Novellarum tamen publicatio & confiscatio bono-  
rum in damnatis & proscriptis sublata est Nov. 134. c. quia vero. 13.  
ver. ut autem non solum cum seq. auth. bona damnatorum. Cod. de bon.  
dam. Sanè hodiè Reo in criminalibus contumace existente ple-  
rumque ad pœnam hanni proceditur. Arnold. de Reyg. process. jud.  
dist. 2. th. 29. sub fin. Quam tamen in posterum comparens, decli-  
nare non prohibetur Ord. Cam. p. 2. tit. 10. §. Würde sich aber. Et  
quod hannitus hodie suam innocentiam etiam in carceribus  
purgare possit, tradit Const. Crim. Caroli V. art. 155. Mynsing. cent. 3.  
obs. 88. n. 7.

### XCVI.

De Jure Saxonico, si Reus iterum citatus secundâ vice fit  
contumax, vel in legitimi impedimenti probatione (quæ regula-  
ritet, nisi in defectum aliarum probationum, per juramentum  
fieri non potest) deficit, tunc in totum in causa principali con-  
demnatur, siq; contra eum executio in pœnam contumaciæ &  
contemptus Judicis. Wird nachmalen von wegen seines beharr-  
lichen ungehorsams in die Hülf vertheilt. per tex. sup. th. 94. alleg.  
Atque ita quotidie pronuntiati attestantur Joh. Schneid. ad tit.  
de success. subl. n. 7. Hartm. Piff. lib. 1. q. 9. n. 14. Quam sententiam  
etiam novissimè securus est Illust. Elect. Johan. Georg. in der  
N. G. O. tit. 10. Wie wider die aussenbleibenden Parteyen proce-  
dirt werden sol. §. Im fall aber der Beklagte. ver. Im gegenfall/  
er solche Ehehafft nicht darbringen köndte/ oder auff die andere  
Citation gar nicht erschiene / sol er als dann auff fernere beschuld-  
ung des Klägers in die hülf vertheilt/ vnd dieselbe nach inhalt der  
klage wider ihn vollirectet werden; modò de citatione legitimè  
acta atque insinuata certo constiterit. per tex. ibid. Fit autem  
executio ex ordine, prout in immissione ex primo decreto, de  
quo supra th. 93. ut scilicet. I. capiantur res mobiles & se mo-  
ventes, GerichtsOrd. tit. 39. von der execution vnd Hülf / &c.  
Anfänglich zwar. II. si res mobiles & se moventes non suffi-  
ant, immobiles, d. tit. 39. §. Im fall nun. III. Si nec immobi-  
lia sufficiant jura, nomina & actiones. d. t. 39. §. Endlichen/wenn  
die

die liggenden Güter nicht zureichen. In Criminalibus; si Reus lateat aut in fuga sit; tunc in foro Saxonico eo loco, ubi delictum commissum est, iudicium in ipsum instituitur, quod vocatur das Zetergeschrey/ qui nisi veniat defensurus in tertio termino reservata iusti impedimenti executione bis auff Ehehafft vnd behülffliche widerrede/ pro convicto condemnatur & bannitus, Landr. lib. 1. art. 67. ver. Klaget man aber/ & seq. & lib. 2. art. 45. sub fin. Quo facto nisi quarto termino veniat, legitimas impedimenti causas demonstrat, planè bannitus declaratur, vnd wird Vogelfrey gemacht/ omniaque ejus bona elapso anno confiscantur per rex. Landr. lib. 1. art. 38. in pr. quod tamen, quoad bona, atinet, nostris moribus/ excepto bannito Imperii, Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. So jemand) non per omnia observari tradit Matth. Wesenb. in parat. ff. de requir. vel abs. dam. sub fin.

XCVII.

*Vinjudicii.*

Hactenus de forma, ordine, seu processu iudicii, sequitur finis, qui in eo potissimum consistit; ut quisque praesidium juris sui habeat publicum, atque jus suum consequatur iudicio publico seu publica autoritate, *arg. pr. Inst. de act. non privato iudicio vel arbitrio. l. nullus. 14. C. de iudic. litesque* (quae una cum hominum malitia indies crescunt, nec modum aut finem ullum in extremo mundi delirio habiturae sunt) auctoritate Magistratus iustè terminentur, *l. properandum. 13. C. de iud. c. 1. de sen. & re iud. in 6. ne seditiones aut bella erumpant, l. non est singuli. 176. ff. de R. l. Et tandem Respub. diremptis litibus, l. si quis iurandum. 11. sub fin. C. de reb. cred. l. fin. ff. pro suo. ac punitis criminibus. l. congruit. 13. ff. de off. Praef. l. ira vulneratus. 51. ver. quod si quis absurd. ff. ad Lae Aquil. pacata & tranquilla conservetur.*

XCVIII.

*Effectus.*

Effectus iudicii est, quod reddatur in invitum. *l. inter stipulantem. 83. §. si Stichum. 1. verf. iudicium autem in invitum redditur ff. de Verb. Obl. perpetuet actiones in triginta annos, l. si cui. 3. C. de praef. 30. vel 40. annor. constituat in mala fide possessorem. l. nemo ambigit. 10. C. de acquir. vel retin. poss. l. longi temporis. l. nec bona fide. 10. C. de praesc. long. temp. c. ult. ext. de praesc. quasi ex contractu obligat. l. licet tamen. 3. §. idem scribit. 11. verf. ita, in iudicio*

com

*contracti. ff. de pecul.* Et denique nullius jus (quatenus scilicet jus est; hoc enim solum in iudiciis redditur, & contra injuriam omnem propugnat) reddat deterius, sed firmitus. *l. nemo enim. d. 7. ff. de R. l. l. aliam. 29. ver. neg. enim. ff. de novat. & delegat. Arnold. de Reyg. process. jud. disp. 1. th. 99. per tot.*

XCI X.

Affinia iudiciorum remedia sunt extraordinaria cognitio- <sup>Affinia.</sup> nes, ubi extra ordinem aliquid petitur, vel crimen vindicatur, *cod. tit. ff. de extraord. cog. compromissa & arbitraria, quæ ad instar iudiciorum redacta sunt. l. 1. & tot. tit. ff. de recept. qui arb. recep. Transacta, quæ non minorem auctoritatem habent, quam res iudicata. l. non minore. 20. C. de transact. Jusjurandum, quod præstito nihil amplius queritur. l. 1. cum seq. ff. de jurjur. Confessio, confitens enim suo quodammodo crimine damnatur, l. 1. ff. de confess. Quæ omnia circa lites quoque versantur, & ad finiendas eas, perinde ac iudicia, pertinent. Sed & hæc spectare videtur defensio, quæ tuenda suæ publicæque salutis causâ certo modo permissa est, ne quis vim atque injuriam ulterius pati cogatur, l. ut vim. 3. ff. de l. & l. sed & partus. 12. S. 1. ff. quid met. caus. l. itaq. 4. cum seq. l. scientiam. 45. S. qui cum. 4. ff. ad L. Aquil. c. un. in pr. vers. si quis hominem de pac. ten. 2. F. 27. c. interfecisti. 2. & seq. in fin. c. significasti. 18. ante fin. extr. de homic. Const. Crim. Caroli V. art. 139. & seq. Andr. lib. 3. art. 78. post med. Privata denique apprehensio, recuperatio, arrestatio, & similes suum vindicandi, conservandi, retinendi modi; veluti si creditor suum debitorem fugitivum propriâ auctoritate apprehendat. l. ut prætor. 10. S. si debitorem. 17. ff. quæ in fraud. cred. Vel si quis furem fugitivum insequetur. l. itaq. 4. S. un. ff. ad L. Aquil. l. 1. cum l. seq. C. quando lic. unicuique. fin. Ind. se viad. Vel si vim passus in continenti ablata auxilio suorum amicorum recuperat. Ord. Cam. p. 2. tit. 9. S. So jemand/ sub fin.*

C.

Exceptionum, quæ contra iudicium opponuntur, hæc duæ <sup>Exceptiones</sup> præcipuæ sunt. I. Exceptio incompetentiæ seu declinatoria <sup>quæ contra</sup> fori, puta si quis ad incompetens & incongruum iudicium vo- <sup>judicium op-</sup> cat; quæ in principio litis motæ ante omnes alias exceptiones <sup>ponuntur.</sup>

opponenda est, l. ult. C. de except. Cui cognata est exceptio præventionis, puta, si Reus, qui pluribus in locis ob unam eandemque causam sortitur forum. ejus rei gratia ad unum Judicem legitime citatus, postea ad alium vocatur, l. si quis. l. ubi acceptum. 30. ff. de judic. c. proposuisti. 19. ext. de for. compet. Clement. fin. ut lit. pend. II. Exceptio seu præscriptio instantiæ, quæ de jure civili in causis civilibus triennio, in causis Criminalibus verò biennio à tempore litis contestatæ circumscribitur per l. properandum. 13. C. de jud. Neque id expressè jure Canonico abrogatum reperitur. Hieron. Treutl. volum. 1. disp. 12. th. 15. lit. 4. Verum in Camera Imperiali ob multitudinem causarum instanti triennio non perit, sed in multos sæpè annos extrahitur Andr. Garl. lib. 1. observ. 128. num. 3. & observ. 141. num. 7. & lib. 1. de PP. c. 9. n. 15. Mys. lib. 2. observ. 48. ubi sub fin. ita olim in causa Rosenhöverin contra Archiepiscopum Moguntinum die 13. Februarii Anno 1518. & suo tempore in causa civitatis Constantiæ contra N. Comitem de Sürstemberg die 21. Januarii Anno 1558. judicatum fuisse tradit. Idq; & in aliis Germaniæ judiciis plerisque observatur, ut proinde quæ Dd. nostri de materia Instantiæ triennii in causis civilibus & de exceptione præemptæ Instantiæ anxie & copiose disputant, nullum videantur hinc temporibus usum habere, uti

attestatur Du. Zanger. in 27. de except. p. 1. §. 1. n. 70. ver. Hoc tamen, &c.

**F I N I S.**

Exceptiones que contra reum in rebus...  
quæ sunt in rebus...  
quæ sunt in rebus...  
quæ sunt in rebus...



05 A 882

ULB Halle

3

003 760 936



1003

Do  
M





Synopsis

IURE  
CANONICO,  
SAXONICO,

Camerae Imperialis, ac  
nibus, juncto nov

Elect

D. O.

Magnifico ac Amplissimo

clara Academia Wite

PRÆ

GEORGIO

Leor. Sil. U. J. D.

ridicæ A

Publicè discuti


JOHANN. HILLI

In Auditorio

Ad diem 17. Nov

WITTE

Excusa Typis JOHANNIS



Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color



*Handwritten text:*  
Hilf  
Griff  
U. 1.  
abtei fuis  
Sonder

